

Conus ipsius diæcesis, qui iam, (ut audiverat) ab episcopo monitus fuerat, ne cum mulieribus cohabitaret, tertiæ illius monitioni, & increpationi parere noluerit per sententiam sacro ordine eum esse privatum promulget, cum non liceat clericis habere in domo extraneas mulieres, de quo vide *Cuias. lib. 2. observat. iuris, cap. 29. Menoch. de presump. lib. 5. presump. 27. num. 2. & 9.*

**In textu ad finē, ibi, Volumus.**

Quod verbum inducit ius novum Glossa 1. in Clementina finali, de electione Glossa final. in Clementina 1. de officio Vicarij. Stephanus Dois Pampilonensis in indice iuris canonici tom. 4. part. 2. eodem verbo, Significat etiam in dispositione principis idem quod mandamus, præcipimus, quia cum dependeat id à sola voluntate principis, id verbum actus perfectionem inducit, de quo *Alciatus in l. cunctos populos numer. 6. Cod. de sum. Trinitate, & fide catholica Iacobus Spiegel. in lexic. iuris civilis in, verbo, Volumus pagina 554. Vide etiam posita ad cap. placuit, num. 3. supra distinctione 74.*

**In fine textus, ibi, Esse privatū.**

Controvertunt hinc *Archiad. Propositus, & Turrecremata* utrum hic Canon sit latæ, vel ferendæ sententiæ, referuntque Hugonem asserentē esse latæ sententiæ sub conditione, ita ut si monitus de crimine obedire desinat non sit necessaria de novo alia sententiæ, sed ex illa prius lata condemnetur. Contrariam tamen sententiam sequuntur allegati supra, quæ mihi verior videtur.

**In Glossa 3.** Ait Glossa quoddam debet præcedere trina monitio, ad hoc ut quis privetur ordinibus, de quo vide posita ad *cap. si quispiam 22. nu. 2. supra hac eadem distinct.*

**C A P. Quidam clerici, XXX.**

**S V M M A R I V M.**

- 1 Veniuntur ab episcopo, quæ appetunt clericorum consortia.
- 2 Intelligendus est textus de clerico sacris initiato.
- 3 Loaisa textum nostrum aliter refert.

**I N textu.** Concilium Toletanum 4. decretis superiorum canonum insistēs in nostro textu, episcopis præcepit, ut mulieres extraneæ, vel ancillæ in clericorum consortio demorantes, & auferantur, & veniuntur,

clericis etiam pro tempore ad penitentiam per agenda relegatis, de quo apud Hispanos vide *l. 43. tit. 6. part. 1. & l. 1. tit. 19. lib. 8. nova recopil. Gom. l. 80. Taur. nu. 21. & 22. Hyppolit. cons. 84. num. 43. Clarus, §. final quest. 37. vers. quero etiam. Aviles ad caput 47. Pract. verbo, Clerigo Avend. de exequendis mand. part. 2. cap. 26. num. 7. vers. 3. conclus. Peres l. 21. tit. 3. lib. 1. ordinam pag. 99. Salsedo ad Bernard. cap. 79. Gutier. pract. lib. 1. q. 6. nu. 5. & 11. Decianus tract. crimin. lib. 6. cap. 21. laté Thom. Valasc. tom. 1. allegat. 34. & apud nos est ord. lib. 5. tit. 30. Cabed. 1. part. decis. 116.*

**In principio textus, ibi, Clerici.**

Intellige de clerico sacris ordinibus initiato. Vide *Aviles ad cap. 47. Pratorum, verbo, clerico, n. 3. Avend. ad cap. 26. part. 2. num. 11. Azevedo l. 1. num. 31. tit. 19. lib. 8. nova recopilationis Thom. Valasc. tom. 2. allegat. 34. num. 6.*

**In text. ad mediū, ibi, Relegatis.**

Alias religatis, ut refert. *Loaisa Archiepiscopus Toletanus in collectione conciliorum Hispania, capit. 43. pagin. 348.*

**C A P. Fœminas, XXXI.**

**S V M M A R I V M.**

- 1 Cum clericis solum habitent mulieres quas necessitudo excusat.
- 2 Verbum, necessitudinem, in quo sensu accipiatur?

**I N textu.** Meminit nostri textus *Soto de iustitia lib. 7. questione 6. articul. 1. ad finem.* In quo Siricius Papa Himerio episcopo commendat, quoddam in clericorum domibus eas tantum mulieres habitare patiatur, quas ius canonicum propter solas necessitudinum causas permittit, circa quod vide posita ad *cap. interdixit. 16. num. 1. supra distinct. 32. & quæ diximus in Catalogo Episcoporum Portugalesium part. 1. cap. 10. fol. 105. Porro de Siricio Papa vide quæ scripsimus ad cap. quicumque 56. numer. 1. supra distinct. 50.*

**In fine textus, ibi, Necessitudinum.**

Quod verbum sumitur pro coniunctione, & propinquitate sanguinis. *hac autem §. 9. 1. ff. quibus ex causis ubi Glossa verbo, necessitudinem. Necessitudo personarum l. item pro patrona 2. ff. in ius vocati, necessitudo ad finitatis, l. 9. ff. suspectis tutoribus. Necessitudo cōsanguinitatis, l. nō epistolis, 13. C. probationib. necessitudo sãguinis, l. in pube 2. C. adoptionib. Ponitur etiam ius pro necessitudine, ut cū dicimus, est mihi ius cognationis, vel affinitatis, ut in specie*

Aicit l. ult. ff. de iustitia, & iure. Interdū etiam necessitudo pro necessitate accipitur l. non omnes §. ibi, sed si fuerit ultro reversus non cum necessitudine, ff. de re militari. Cornel. Fronto de differentijs vocum habet. Necessitudo vel sanguinis, vel meritorum cum præceptoribus, cum amicis. Cicero lib. de Invent. necessitudinem definit, cui nulla vi resisti potest, qua neque mutari, neque leniri potest.

### C A P. Clerici. XXXII.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Clerici non accedant ad feminarum domicilia, nisi ex iussione prælatis?
- 2 Credendum est testibus deponentibus in favorem accusati, licet contrarij sint digniores.
- 3 Idem erit in causis civilibus, & num. 4.

1 **I**N textu. Collige ex illo, quod clerici, vel illi qui continentie voto adstringuntur, nō possunt ad viduarū, nec virginum accedere domicilia, nisi aut comitantibus alijs clericis, aut personis, & hoc ex licentia, & iussione episcopi, qui etiā ad huiusmodi feminas accessum licite non potest habere, quam præsentem sint clerici, vel christiani morum, ac vitæ sanctimonia præstantes de quo vide latè Iacobum de Grassijs in decisionibus aureis part. 2. lib. 3. cap. 9. per totum.

2 **I**n Glossa, ibi, Aliqui. Et ita si aliqui testes deponant aliquem commisisse crimen, & aliqui testificentur non commisisse, standum erit dicto testium deponentium non deliquisse, quantumvis deponentes pro delicto digniores sint, de quo Panor. in cap. Cum P. num. 13. de accusationibus Roland. lib. 2. cons. 63. nu. 45. Roman. cons. 241. num. 5. dicit singularem Curt. Iunior cons. 151. num. 7. & num. 10. Hypolitus cons. 132. colum. 2. vers. & facit Glossa, num. 15. & singulari, 541. latè Tiraq. in l. si nunquam in principio num. 46. elegantissimè Farinacius tom. 2. de testibus quest. 65. nu. 153. ubi multos refert. Adde posita ad cap. ultim. num. 5. distin. 77. Illud tamen hoc loco non relinquam indiscussum, Quare potius sit credendum testibus negantibus, quàm affirmantibus commissum ab aliquo crimen? Cuius dubij solutionē colligunt doctores ex cap. ex litteris de probationibus, ubi dicitur, quod iura sunt promptiora ad absolvendum quàm ad damnandum. Covar. var. lib. 1. cap. 1. num. 2. vers. quarto. Mexia in tract. taba

panis conclus. 1. nu. 171. Anton. Monach. Florent. decis. 36. num. 2. Catdin. Tuscus tom. 1. lit. A. concl. 41. n. 1. Hinc etiam fit, ut testibus deponentibus in rei favorem, magis credatur, quàm deponentibus in favorem actoris; ideoque data paritate testium hinc inde cōtradictentium, erit absolvendus reus. Ita Crot. de testibus part. 5. n. 369. Gabr. lib. 1. communium tit. de testibus concl. 4. nu. 44. Farin. in praxi crimin. quest. 65. num. 152. Menoch. de arbitrar. casu 98. à princip. & de presumption. lib. 2. presump. 91. Alciat. de pres. reg. 3. pres. 44. Cagnolus in l. favorabiles, ff. de regulis iuris, & in regula, cum sint partium, eodem tit. in 6.

Extenditur etiam resolutio huius Glossæ, ut habeat locum in civilibus, ut docet Alciatus de presumptionibus regula 3. presumptione 44. n. 7. Decius in eadem cons. 448. numer. 36. & omnino videndus Decianus vol. 1. responso 8. num. 42. & sequentibus, Peres ad l. 1. titulo 3. ordin. vers. testimonium, itidē fufissimè Farinacius tom. 2. de testibus, quest. 65. nu. 152. & sequentibus.

Pertinet etiam ad materiam Glossæ huius illa quæstio, an debeat condemnari ille, contra quē denunciatum est, incidisse in statutum, vel penam, ut si quis alleget, quod in civitate statutum, quod in talibus pratis non possint homines tenere bestias ad pascendum intra designatos terminos, ita ut in certa parte prati possint pasturari, in certa verò non: fuit quidam accusatus, quod tenuerat bestias in dictis pratis, non fuit dictum in accusatione intra designatos terminos, & simpliciter fuit probatum, certum est, quod ex hoc non debet sequi condemnatio, ut deducitur ex textu in l. de pupillo, §. Qui nuntiat, ff. novi operis nuntiatione, quia quando unum, & idem factum nō est punibile in qualibet parte loci, debet exponi, & probari illa pars loci in qua factum est punibile, de quo eleganter per Bart. in l. non solum, §. Sed ut probari, num. 1. ff. novi operis nuntiatione.

### C A P. Reatum. XXXIII.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Quid sit reatus?
- 2 Vita sustentanda, non in delitijs traducenda.
- 3 Quenam mulierum sub nomine sanctimonialium veniant?
- 4 Quæ dicantur oblate, & quæ professe?
- 5 Vtrū liceat religiosis operari manibus.
- 6 Vtrum liceat laborioso opere victum comparare; & redditus annuos, vel ex industria privatim retinere?

7 Familiaritas sacrarum virginum cum viris execranda.

8 Vtrum debeat hac familiaritas pœnis, & censuris interdici? & vtrum incurrant excommunicationem, qui epistolas scribunt, & mittunt monialibus?

**I**N textu, ibi, Reatum.

Multipliter accipi in Scriptura sacra tradit Magist. sentent. in 2. dist. 42. littera E. scilicet, pro culpa, pro pœna, & pro obligatione pœnæ temporalis, vel æternæ, ubi plerique Theologi, apud quos ex originaria verbi significatione, reatus dicitur obligatio nata ex peccato ad pœnam subeundam. Vnde Navarr. in Manual. prelud. 7. num. 21. vocat peccatum matrem reatus, reatum vero filium peccati, sicut obligatio dicitur mater actionis, in l. Licet, §. Ea obligatio, ff. de procuratoribus: & actio filia obligationis, iuxta Glossam in rubric. institut. de actionibus. In quo sensu medium tenet locum inter culpam, & pœnam, & ideo transfertur ad significanda extrema. Ut videre est in Authent. de incestis nuptijs, in principio, ubi Iustinianus, reatus nomine, pro pœna usus est; & in Glossa, verbo, cessante, cap. 1. de usuris, in 6. pro delicto usurpatur ex l. 1. Cod. ubi senatores, vel clarissimi. Quamquam Budæus, illiberaliter aspernatur Iurisconsultos in hac reatus acceptione, eorumque nimio tribuit errori, quod pro crimine audiatur; & Quintilian. lib. 8. instit. vocabulum Ciceronis ætate incognitum; proximo tamen sæculo imperante Augusto à Messala primum usurpatum affirmat; & in eius opinione, & Budæi in l. Si quis diutino, ff. de panis, (nec refragatur Navarr. citatus) ponitur p statuta rei antequam criminis absolvatur, vel dānetur, cum sordidis vestibus, vultuque squalidus, & indecorus, ut ad miserationem moveat iudices, de salute litigat, & rerum suarum anxius facagit, quidquid revolvat Accurs. ibi. Aliquando etiam in reatu esse dicuntur, qui vel carcere detinentur, vel honoris causa custodia suæ, vel apparitoribus committuntur, vel vadimonio alterius obstringuntur. Sic Iustinus historicus lib. 4. ait, Revocato ad reatum Alcibiade, duo prælia secunda Niceas, & Lamachus fecere. Cæterum Gregor. in cap. Si peccasti, de panis. dist. 1. & D. Thom. 1. 2. q. 87. art. 1. & ibi Vasq. & Valent. cum Suar. tom. 5. de pœnitent. varijs in locis, & lib. 7. de Gratia, cap. 14. num. 10. & Bellarmin. lib. de Purgat. & passim omnes p obligatione accipiunt, quæ supponit culpam in eo qui reus est, & inde translata est significatio pro quacunque obligatione, ut est textus in presenti. Hic etiam adverte triplicem esse reatum pœnæ, triplici etiam peccato respondentem. Nam ut constat ex D.

Thom. & alijs Theologis, in materia de peccatis, omne peccatum in genere triplex est. Primum dicitur originale. Secundum mortale. Tertium veniale. Quibus peccatis triplex etiam respondet reatus pœnæ. Hanc tripartitam peccati speciem tribus carminibus descripsit Floretus in suo libro poetico.

Omnia delicta à triplici sunt nomine dicta,

Vnum est peccatum nobis ab origine natum.

Est grave mortale, aut levius fertur veniale.

Peccato originali respondet reatus pœnæ dāni; qui enim cum solo peccato originali moriuntur, Deo frui non possunt. Peccato mortali respondet reatus pœnæ damni, & sensus, qui enim in mortali decedunt, æternis cruciatibus torquentur apud inferos. Tandem peccato veniali, solum debetur reatus pœnæ temporalis in Purgatorio, ut alibi diximus.

**I**n textu, ibi, Sustentandæ vitæ.

Notanter dicit textus, sustentanda vitæ, non in delitijs, aut in abundantia traducendæ, ex his enim lubricam fieri ætatem admonendam Salvianam pietatis esse ducit Hieronymus epist. 9. ne inde sibi, quid sinistrum de ea suspicari liceret, cum inter affluentiam rerum, corporisque delicias paratas esse pudicitie insidias non dubitaret. Deinde quia parsimonia, & frugalitas vitam servant incolumem, abundantia vero, & delitiæ viventem producant mortem, iuxta illud Apostol. 1. ad Timoth. 5. mortua est, quæ in delitijs vivit. Vnde Augustin. in Psalm. 9. Mors, inquit, est ipsa latitans in persfruendo, dum quilibet adipiscitur, quod perdit concupivit, & Theodoret. ad citatum Paulum, ita ait. Immodica lætitia mentem obruunt, & efficiunt, ut anima in corpore, tanquam in sepulchro iaceat; quare Sophocles in Antigone de homine voluptatibus dedito eleganter dixit, Virum non arbitror, sed cadaver iudico, ubi enim sobrietas deest, ratio cespitat, intellectus obtunditur, consilia deviant, iudicia subvertuntur, ut docuit Beat. Iustinian. in ligno vitæ, cap. 3. de sobrietate. Quæ doctrina si omnibus consentanea, maxime necessaria religiosis, quibus præcipit Paulus contentos esse, si habeant vestimenta quibus tegantur, & panem quo vescantur, & textus in presenti, quem quasi præ oculis habebat Paula satis religiosa femina, in cuius epitaphio inter alias egregias laudes ponit Hieronym. epist. 27. ad illius filiam Eustochium, quod excepto victu, & vestitu nullam sibi subiectarum, quicquam habere patiebatur. Lege consentaneam adhuc locum Clementin. ultimam, de statu Monachorum, & ibi Glossam, quæ singula singulis expendunt.

**I**n textu, ibi, Sanctimonialia.

Harum nomine veniunt, tam quæ solemnium votorum professione sunt adstrictæ,

quàm quæ nullis propriæ regulæ legibus alligantur. Quapropter sciendum est, in veteri olim Ecclesia moris esse, eligi mulieres quasdam, quæ pauperibus infirmis, & peregrinis, præsertim fœminis inservirent, honestatis causa; cuiusmodi sunt, quæ nunc in Xenodochijs decumbentium, & morbo laborantium curam gerant, ministeriaq; pietatis exercent, & quia stipendijs Ecclesiæ alebantur, & adinvicem electarum mulierum ministerio addicebantur, fortassis fuit in causa, quoddam diaconissæ appellarentur, ad imitationem earum, quæ ad ostium Tabernaculi excubabant, *Exod. 38.* & ministræ vocabantur, sub qua voce earum meminit *Plinius 2. lib. 10. epistol.* Sexagenaria item præficietur reliquis non intra septa alicuius monasterij, sed in proprijs domibus; si quæ verò ad secunda coniugia devolaret, illipite ecclesiastica indigna putabatur. De his fit mentio *1. ad Timoth. 3. & 5. & in Concil. Chalcedonens. Can. 14.* relato à *Gratiano, 27. q. 1.* & quanvis diaconissæ dicerentur, nunquam inter religiosas consecratas referebantur, & pro laicis habebantur, ex *Concil. Nicæn. Can. 19.* Hoc genus mulierum diù vixit in Ecclesia orientali, abolitum tamen est, ut patet ex *Concil. Arausican. in Can. 26.* & ex *Concil. Epaumen, in cap. 21.* Ad *D. Thom. & fr. Ludovicum de Sotomayor, ad epist. 1. ad Timoth. 3. & 5.* ubi plura de hac re, laboriosa eruditione cumulat.

4 Alia est fœminarum series, quæ oblatæ dicuntur, conventualiter viventes, eundem vitæ modum retinentes, eodem vestitus genere utentes, & uni tanquam capiti subiectæ, in idè oratorium ad psallendum, & in eundem locum ad edendum convenientes, non emittunt tamen trium votorum professionem, & propterea non teneri ad clausuram, censuit *NAVARR. lib. 3. consil. 81. & 82. de regularibus;* quæ nomine *Turrisonvæ,* seu *Speculorum* in Vrbe nuncupantur, & communi appellatione dicuntur, *oblatae,* quia se suæq; cum viris suis (inveniuntur pleræq; nuptæ in hospitalibus) monasterijs obtulerunt. Illic vivendi modus licet habeatur pro licito (ut in pluribus domicilijs, quæ vocantur *recollectiones* pro maiori fœminarum decore servando apud *Vlyssipponem* nobilissimum totius orbis emporium, & pietatis non magistram, sed præ omnibus ab Vrbe Roma edoctam, & alumnam) non tamen pro regula, cum hoc longè distet ab illo, iuxta *Glossam* receptam in *Clement. Cum eo, de sentent. excommunicat. & in Clement. 1. de religiosis domibus.* In Germania item, & Flandria refer *Azor. citandus,* mulieres quasdam esse simul congregatas ad instar *Canonicorum regularium,* quæ divinas laudes, & preces recitare, & cantare solent, vulgò appellatæ *Canonicæ regulares,* nec sunt professæ, ac proinde nulla lege clausuram ser-

vare coguntur; præest una cæteris, quæ *abbatissa,* aut *priorissa* vocatur, & non solum in alias *canonicas,* sed etiam in clericos aliquando iurisdictionem habet, eoquod sint illius auctoritate ecclesijs, sive capellis collegio *canonicarum* subiectis præfectæ, ut colligitur ex *cap. Dilecta, de maiorit. & obedient. & de his mulieribus* docet *Glossa,* intelligi id, quod dicitur in *cap. Quicunq;, 12. q. 5. ad finem,* ubi insinuat ex *Concil. Triburiens.* *sanctimoniales* proprii habere, de quo testari queant. Vide *Azor. tom. 1. institut. lib. 13. cap. 9.* Sunt, & aliæ mulierum familiarum, quæ sub diversis regulis vitam transigunt, & trium votorum professione obligantur, & cæteris iuris canonici legibus, & clausuræ quasi compede obstringuntur, quæ verè, ac propriè monialium nomen, & rationem sibi vendicant, de quibus loquitur *cap. Monasteria, 8. de vita, & honestate clericorum;* & de his inquirendum venit.

In Glossa, ibi, Aliquas operas facere. Vtrum liceat religiosis operari manibus? Et utrum liceat laborare eas pro victu? De prima quæstione fit conclusio, fœminis religiosis licitum est manibus operari. Hæc assertio est contra *Messalianos,* sive *Euchitas,* apud *Epiphani. heres. 80.* & alios hæreticos in *histor. tripart. lib. 7. cap. 10.* qui etiam apud *Carthaginem,* teste *August. lib. 2. retract. cap. 21.* assererat religiosi non licere manuum laborem exercere, uti probrosum. Sed ut probetur conclusio, scire est quod labor, vel impenditur exercitij causa, vel ut inde victus quæratur. In secundo sensu infra erit secunda conclusio; in primo vero proposita, sic stabilitur, quia *Apostol. 1. ad Thesal. 4.* ait, *Operamini manibus vestris,* & *Epiphani. citat. heres. 78.* & *Hieronym. epistol. 4. ad Rusticum. August. de moribus Ecclesiæ, cap. 31. Casian. lib. 2. cap. 3. & lib. 3. cap. 2. de institutis canobiorum,* docet omnia monasteria bene instituta secundum *Apostoli* legem, debere manibus laborare; unde deductum videmus monialium omnium collegia unam certam domum habere, quam vulgò vocant, *casa de lavor,* ubi operas aliquas faciant; & hæc consuetudo valde laudabilis est, ut multorum ulcerum causa, quæ de radice otiositatis emergunt, uno operationis salutari exercitio curari possint, & cæteræ egræ qualitates eodem cespite pullulantes protinus extinguantur. Vnde *B. Iustinian. citat. consiluit,* semper aliquid agendum, ne mens distracta per desideriorum campos, suis capiatur concupiscentijs, testante sacro eloquio *Proverb. 21. Desideria occidunt pigrum.* Magno tamen quolibet moderamine præesse debet, ne plus iusto labore exerceatur, quia dum per inordinatum affigitur corpus, ad orationem enervetur, minusq; *Dei* contemplationi sufficiens sit, & dum

Et dum incendia vitiorum per labores suffocare festinat, se ipsam perimat, chorda enim in cythara si minus tenditur non sonat, si amplius raucum sonat. Ex Scholasticis, vide D. Thom. 2.2. q. 187. art. 3. Bonavent. in apolog. pauperum. Suar. tom. 3. de religione, lib. 8. cap. 8. numer. 12.

6 Secunda conclusio. Sanctimoniales possunt operas aliquas facere, ut inde sibi victum quaerant, & probatur ex D. Paulo ad Ephes. 4. inquit enim, Qui furabatur iam non furetur. magis autem labores operando manibus suis, & act. 20. Ad ea quae mihi opus erant, & his, qui mecum sunt ministraverunt manus ista, & si aliquando reprehenditur sollicitudo quaerendi cibum proprio labore, de immoderata, & superflua intelligendum est, aut de intepestiva; nam providentia parandi necessaria pro futuro tempore laudanda est, alioqui peccaret Ioseph, Genes. 41. qui recondidit frumenta pro futura sterilitate. Tandem in 1. epist. ad Thessalon. 4. praecipitur, ut honeste ambulent religiosae familiae, ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desiderent. Sed prohdolor! totus hic invertitur ordo. Lege Bellarmin. de monachis, lib. 2. cap. 41. 42. 43. & 44. an verò monialibus particularibus liceat habere redditus annuos sibi assignatos à parentibus, propinquis, & amicis ad usus vitae necessarios, nec non retinere ea, quae privata industria, & labore comparant? Lege Azor. lib. 12. cap. 9. q. 2. & 7, & usq. in opuscul. de redditibus ecclesiast. cap. 3. dub. II. num. II. Gregor. l. 14. tit. 7. part. 1. Calderin. in cap. 2. de regular. Navarr. Comment. 2. de regularib. num. 18. vers. Ad quintum, & deinceps, sequitur Grassijs 1. part. decis. lib. 13. cap. 5. num. 53. Emmanuel. Rodrig. tom. 2. q. 125. art. 4. & tom. 3. q. 29. art. 10. Sa, verbo, Religio, num. 48. Miranda in suo manuali, tom. 1. q. 28. art. 8. & Suar. tom. 3. de religione. lib. 8. cap. 14. num. 12. 13. & 14. Vtrunq. ex licentia superioris licitum esse affirmantes, quae vero licentia sufficiat: ipsos consule, & Riccium Collect. decis. part. 3. collectan. 519. fr. Ioan. de Cruce, de statu religion. lib. 1. cap. 3.

7 In Glossa, ibi, Per talem familiaritatem. Collige hinc execrandam sacrarum mulierum familiaritatem, & ex cap. citato, Monasteria, de vita, & honestate clericorum, ubi frequentans monasteria, & monitus non desistens, si clericus est deponitur; si laicus excommunicatur; & ex Concil. Hispalensi 2. Can. 11. in quo magna commendatur cautela servanda ab ijs etiam monachis probatissimis, quibus cura erat providere, & intendere super praediorum rustica, vel urbana, aut fabricas extruere, ne usq. ad vestibulum habeant accedendi familiare permillum, & si extra eam, quae praest, alloquendum foret ad institutionem morum, sub testimonio

duarum, vel trium sororum, rara, & brevis esset omnino locutio, ut sic Christi famulae pro animarum suarum utilitate sollicitae, solis divinis cultibus, & sermonibus interessent, operibus pietatis, & non iniquitatis inservirent, ut ergo alicui permittatur ad monialium coetus monasteriaq. accedere, vel cum illis miscere colloquia, legitima causa opus est, ut optime adnotavit fr. Ludovicus Miranda in manuali pralat. tom. 2. tract. de sacris monial. q. 4. art. 1. conclus. 1. Neque ratio consanguinitatis sufficiens est. Zerola in praxi, part. 1. verbo, Moniales, §. 7. vers. Circa secundam. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 393. num. 23. cum sequent. Quantum verò sacrae Deo virginis ab omni hominum aspectu, ne dicam colloquio debent abhorrere, probat locupletissimum testimonium D. Leandri in lib. de institut. virg. cap. 2. quem refert Garcia Loaysa, ad citatum Concil. Hispalens, docentis virginem Christi his verbis. Accipe iam quasi fuga virum fugias soror tu pudica, si tam sollicitae feminas saeculi declinasti? Quisquam vir si sanctus, nullam tecum gerat familiaritatem, ne virili iugitate, aut infametur utriusq. sanctitas, aut pereat, aut decidat à charitate proximi, quae si malum non agit opinionis tamen pessima famam nutrit. Vnde emergit quaestio.

8 An debeat prohiberi familiaritas monialium cum viris sub interminatione poenarum, & censurae? Respondeo affirmative, quinimò necessariam iudico prohibitionem, ut illius Angelici status puritas conservetur. Primam partem roborat regium decretum, quo saecularibus interdicitur ancillarum Christi affatus. Secundam verò probat textus illustris, in cap. Monasteria, 8. de vita, & honestate clericorum. De quo inter alios Quaranta in summa Bullarum, verbo, Monasteria monialium, pag. 451. in novissima editione. Campanil. in diversor. iuris, rubr. 12. cap. 16. num. 43. Duplex tamen hoc loco insurgit quaestio, neque continenda. Prima inquit, Vtrum qui scribit litteras alicui moniali, illasq. ad eam mittit, incidat in censuram fulminatam adversus adeuntes monasteria monialium? Respondeo negative, cum Aloysio Riccio in praxi aurea, resolut. 65. per totam. Barbosa de officio, & potest. episcop. part. 3. allegatione 102. num. 78. apud quem validissimas vide rationes, neque enim modo otium est illas huc transcribere. Secunda quaestio petit, Vtrum incurrat excommunicationem, qui sub illius poena prohibitus est, ne ad monialem scribat, si tamen scribendo, epistola non pervenit ad illam? Negat Navarr. consil. lib. 5. de sentent. excommunicationis, consil. 19. ex illo comuni pronuntiato, verba cum effectu intelligenda sunt, in l. 1. §. Hac autem verba, ff. quod quisq. iuris, & ex cap. Hac verba, de poenitent, dist. 1. & quanvis traditio epistolae sit effectus extrinsecus, tamen est intentus à legislatore, de cuius mente

ante constatatitè, vel expressè, se hac pro-  
hibitione velle nō missio epistolæ noccat; ergo  
non sufficit, quod mittatur, si non pervenit  
ad quam mittebatur; etiam si prohibeatur ne  
mittatur epistola; & confirmatur ex L. si Balsa-  
moram, Cod. de fidei iussoribus, quæ habet pmissen-  
tera invenire latronem non satisfacere, nisi  
eum capiat, & iudici exhibeat, & ex Bayola ibi  
asserente, quod si quis inveniat Bannitos, vel  
aliquem alium cum armis, nisi capiat, non sa-  
tisfacere promissioni eos inveniendi, quia ex  
mente statuentium id voluisse significare præ-  
sumitur. Sed in præfata epistola, saltem ex re-  
latione personarum fide dignarum pervenit.  
Dicendum videtur ex mente Navar. citati, ta-  
dem in excommunicationem incidisse, quia ef-  
fectus intrinsecus, qui est missio, licet non for-  
tinetur effectum extrinsecum, qui est traditio  
proprie epistolæ, tamen nocumento, quod car-  
vebatur per missionem epistolæ, non sit obvia,  
quare dici potest ibi intervenire effectum in-  
trinsecum, & extrinsecum prohibicum; sed  
oppositum probabilius apparet, quia relatio non  
est idem, quod traditio epistolæ requisita, ut  
effectus completus iudicetur.

### CA P. Viduæ. ultimum.

#### S V M M A R I U M.

1. *Quæ viduæ stipendijs Ecclesiæ susten-  
tanda?*
2. *Quenam requiratur assiduitas in ora-  
tione, & reliquis operibus bonis?*
3. *Quid sit Ecclesia, & eius nomine ve-  
niat?*
4. *Vtrum non baptisati, & catechumeni  
pertineant ad Ecclesiam?*
5. *Heretici non sunt membra Ecclesiæ?*
6. *Schismatici utrum sint Ecclesiæ mem-  
bra?*
7. *Vtrum excommunicati sint ecclesiæ mem-  
bra?*
8. *Vtrum detur comunicatio bonorum ope-  
rum inter fideles?*
9. *Vtrum fideles satisfacere, & iuvare se se  
possint suffragijs?*
10. *An pro excommunicatis, hereticis, &  
schismaticis orare liceat?*
11. *Vtrum liceat orare pro Sanctis, Christo  
Domino, & Deo?*
12. *Vtrum liceat orare pro defunctis in Pur-  
gatorio, & apud Inferos?*

**I**N text. ibi, Viduæ. Nec minus sex-  
aginta annorū  
sit, iuxta Pauli doctrinam, ad Timoth. 5.  
per manus traditam Ecclesiæ; adolescen-  
tiores enim, quæ adhuc sunt in florenti etate,  
& laborare (inquit ibidem Theodor.) & victum sibi  
querere possunt, quæ verò sunt maturæ evi, effen-  
tæ corpore, facultatibus, & viribus destitutæ,  
merito Ecclesiæ opibus sustentari debent. In  
ea quippe etate in lege veteri, & Levitæ in tē-  
plo ministrare, & milites in bello militare des-  
suerant, ut adnotavit Hieronymus lib. quæst. Hebraicæ  
in Paralip. Deinde ipsa rerum experientia cō-  
pertum est, mulieres quo maturioris sunt etat-  
is, ed esse cordatiores, & prudentiores, atque  
ad pietatem, religionemque colendam propensio-  
res, ex Platone in convivio, tunc ait, san-  
nèmentis oculus acutè incipit cernere, cum  
primum oculus corporis deflorescit. Nemi-  
nem tamen, iuber Paulus adolescentiam con-  
temnere, quia viduitatis merita, stipendia sunt sene-  
ctatis, dixit Ambrosius lib. de viduis, & illa utque præ-  
tantior, & preclatior, quæ calorem adolescenti-  
tæ, & iunioris fervescens adomat etatem.

### In textu, ibi, Assiduæ. Ne collis-

gas hinc  
ad continuationem, sine ulla penitus interro-  
ptione, & orationis, & pietatis operum obligat-  
io eos, qui se se divinis manciparunt obsequijs.  
Est enim error, quem refert Augustinus, hares. 97.  
& Epiphanius, hares. 80, contrarius rationi natu-  
rali, & superat humanas vires, secundum cō-  
muniem gratiam, quæ actionibus naturalibus  
somnia, cibi, & quietis, vitæ necessarijs tempus,  
nec de præcepto, nec de consilio interdicit.  
Quapropter in eo sensu accipienda est vox, ita  
ut assiduæ, in Dei opere, & oratione esse dicantur  
illæ, quæ congruis, & debitis temporibus,  
quanvis interpolatis, aliquod pietatis munus  
exercent; iuxta cap. 1. de restituti. spoliator. lib. 6.  
Si autem aliquando dixit Christus, Oportet sem-  
per orare, & non deficere, & Paulus ad Thsalon. 5. Si-  
ne intermissione orate. Respondent Glossa ibi, &  
Origenes, ideo semper orandum, quatenus à be-  
nè operando nunquam desistendum sit; sem-  
per enim orat, qui benè semper agit: quo ten-  
dit D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 13. dicens, ideo sem-  
per orandum, quatenus nunquam ob oratio-  
nis causa cessandum; sequitur Gerson. citat. ab  
Azor. tom. 1. lib. 9. cap. 34. q. 1. Verum, mens  
Christi Domini, & Apolloli est, monere nos,  
ut frequenter, & crebro Deum precemur, ne  
si longo temporis intervallo ab oratione vaca-  
mus, hostis insidijs capiamur. Attendendus ta-  
men est finis, ita ut pro illius varietate brevis,  
aut longa sit, & pium excitet affectum, nec ta-  
men tædio assiduitatis animus languescat. Vi-  
deatur omnino SUAVIUS tom. 2. de religion. lib. 1.  
cap. 26.

cap. 26. & lib. 2. cap. 5. & tom. 3. *idem*, de relig. lib. 8. cap. 8. num. 7.

**In textu. ibi, Ecclesiam.**

3 Varias esse huius nominis acceptiones, patet tam ex supradictis ad cap. 1. num. 3. dist. 65. quam ex proximè dicendis. Quo circa notandum est, Ecclesiam dici à verbo Græco, quod significat, *evocare*: unde pro significato habet evocationem, seu cœtum vocatorum, ad hanc enim quotquot veniunt, Dei vocatione vocati veniunt, & nullus proprio instinctu adiungitur congregationi Salvatoris, & ideo Ecclesia, idem est, quod congregatio fidelium. Glossa 2. in cap. Cum clerici, 19. de verborum significat. Glossa final. in cap. final. Ne praelati vices suas. Sumitur autem in Scriptura sacra aliquando pro sola congregatione bonorum, Psalm. 88. Ecclesia Sanctorum, aliquando verò pro cœtu malignantium, Psalm. 25. aliquando etiam significat locum, in quo congregantur fideles, aliquando p̄ praelatis Matth. 18. Ecclesia interdum pro particularibus fidelium congregationibus in Apocal. 1. 2. 3. in epist. ad Romanos, 16. Notat tamen August. in Psalm. 81. Ecclesiam novi Testamenti non appellari Synagogam, sicut vocabatur Ecclesia veteris Testamenti, ad indicandam legis gratiæ perfectionem. Lege Bellarm. tom. 1. controuers. disput. 4. generali. & lib. 3. & 4. de Ecclesia, & lib. 3. cap. 5. Aloys. Turrian. tom. 1. num. 22. disp. 4. dub. 1. Suar. de fide, disp. 9. sect. 1. ubi allegat pro multis alijs de significatione Ecclesiæ, cap. Firmiter, in Concil. Lateranens. & cap. Ecclesia, ex Nicolao 1. de consecrat. dist. 1. & Iulij 1. in decretis, quæ refert Bruhard. lib. 3. à principio. Corream de immunitat. 1. part. num. 7. 8. & 9. Ex quibus colliges ecclesiam esse corpus quoddam morale, cuius membra sunt homines, & Angeli, caput autem est Christus, qui sanguine suo fecit utraq̄ unam, triumphantem scilicet, & militantem; illam invisibilem, hanc visibilem. Sed explicandum superest, quæ conditiones requirantur, ut homines sint membra huius visibilis, quod breviter expedietur. Omissis igitur erroribus afferentium solos prædestinatos esse membra Ecclesiæ, ex Concil. Constansiens. sess. 14. aut solos perfectos nullum habentes peccatum, ex August. de hares. cap. 88. & ex Bellarm. in citato lib. 3. in cap. 2. & 8. aut solum nunquam lapsos circa fidem, ex Cyprian. lib. 4. epistol. 2. & August. cap. 59.

4 Dico 1. Infideles non baptisatos, non pertinere ad Ecclesiam, iuxta illud Paul. 1. Corinth. 5. Quid mihi de his, qui foris sunt iudicare. Probatur, Ecclesia est corpus Christi, quod debet ei, ut capiti esse coniunctum, coniungitur autem fide, per quam ipse in cordibus nostris inhabitat, ut rectè docuit D. Thom. 2. 2. q. 1. art. 9. ad 3. ergo non baptisati sunt extra Ecclesiam.

De catechumenis difficultas est, an inter Ecclesiæ membra sint numerandi? Quia dicitur ad Ephes. 4. unum corpus, unus spiritus, una fides, unum baptisma. Vnde Eugenius IV. in Concil. Florent. vocat baptismum spiritualem ianuam: per ipsum enim ait, membra Christi, & de corpore efficimur Ecclesiæ, & idem sentire videntur Patres ad dist. 4. de consecratione, & Rabanus lib. 1. de institut. clericorum, cap. 1. Bellarm. lib. 3. de Eccles. cap. 3. Azor. tom. 2. lib. 5. cap. 20. q. 5. Turcremat. lib. 1. cap. 8. ad 8. Cano lib. 4. de locis, cap. 2. vers. At Papa, & cap. ult. ad 12. & Aloys. Turrian. citatus. Cæterum Suar. citata, disput. 9. sect. 1. num. 18. & Castro lib. 1. de iusta hæret. punit. cap. 8. Oppositum sentiunt, ex cap. Veniens, de presbytero non baptisato, ubi dicitur non tantum per sacramenta, sed per fidei Sacramentum effici quempiam membrum Christi, & consequenter Ecclesiæ, non enim sunt diversa. Deinde, quia extra Ecclesiam non est salus, ex Concil. Lateran. in cap. Firmiter, sed catechumeni saluari possunt: ergo sunt membra Ecclesiæ. Ita August. tract. 4. in Ioann. & lib. 4. de Bapt. cap. 21. & Dionysius de ecclesiast. Hierarch. sub finem, cap. 6. Ad fundamenta in contrarium fatemur, unum esse baptismum, eundemq̄ ianuam, sed in re, vel in voto. Vel dic, loqui de membris, prout habent ius requirendi sibi ministeria Sacramentorum, vel alias actiones, quæ exterioribus mensurantur.

5 Dico 2. Hæretici simpliciter, non sunt membra Ecclesiæ. Ita D. Thom. 3. part. quest. 8. art. 3. Paludan. de potest. Ecclesiæ. Antonin. 3. part. tit. 22. §. 3. Sylvest. verbo, Papa. Turcremat. lib. 1. cap. 6. & lib. 4. 2. part. cap. 20. Viet. de potest. Eccles. init. num. 6. Can. lib. 4. de locis, cap. 2. Sor. in 4. dist. 22. q. 2. art. 2. Valent. citato, §. 14. vers. Hæretici autem. Bellarm. citato, lib. 3. cap. 4. & Suar. citat. disp. 9. de fide, sect. 1. nu. 21. & probatur ex Concilij, in quibus dicitur hæreticos posse recipi ab Ecclesia, sub certis conditionibus. Nicæno in cap. 8. & 19. & Xistus Papa in epistol. 1. decretali, & Felix 1. dicunt hæreticos foris esse, & cum convertuntur redire ad Ecclesiam; & ex cap. Firmiter, de summa Trinit. ubi, dicitur simpliciter Ecclesia fidelium congregatio. Probatur ratione, quia non vivunt vita fidei, & charitatis totius corporis mystici, neq̄ habent à capite, & corde motum vitæ, quem iugiter dirivat Christus in sua membra. Quod verò Ecclesia possit eos punire ratione suscepti baptismi, probat eos pertinere ad iurisdictionem Ecclesiæ.

6 Dico 3. Schismatici non hæretici, sunt membra Ecclesiæ. Ita Castro lib. 2. de iust. hæret. punit. cap. 24. & Valent. citat. disp. 3. q. 15. §. 3. & §. 14. & Suar. de fide, disp. 9. sect. 1. num. 14. & definit Nicolaus in cap. Ecclesia, de consecrat. dist. 1. & Innocent. dum dicit, in cap. Firmiter, citato. Ecclesiam esse congregationem fidelium, sed hi schisma-

schismatici veram retinēt fidem, etiam si aliās Pontifici Romano nolint obedire. Si quando vero Patres, & Pelag. in *cap. Pudenda, & cap. Schism.* 24. q. 1. innuere videntur schismaticos non esse membra Ecclesie, intelligendi sunt de schismaticis hæreticis, vel solum intendant hos schismaticos esse extra gubernationem Ecclesie, quia illi obedire nolunt. Sic *Aloysius Turrian.* contra *Bañes* 2.2. *quest. 1. art. 10. dub. 1. ad 7.* & *Bellarmin.* lib. 3. de Ecclesia, *cap. 5. & 6.* *Azor* tom. 2. lib. 5. *cap. 20. q. 4.* *Michael de Anan.* in tom. 3. *tract. part. 2. cap. 7.*

7 Dico 4. Excommunicati licet sint extra Ecclesiam aliqua ratione, sunt tamen membra illius. Probatur ex *August.* lib. contra *Donatum*, *cap. 20.* dicente, non separamus à populo Dei, quos degradando, vel excommunicando punimus. Deinde ratione confirmatur, quia isti ununtur Christo per fidem, & subiiciuntur exteriori gubernationi Ecclesie Pastoris. Aliās diceremus episcopum excommunicatum, non esse episcopum, eò quod Ecclesie membrum non esset, quod est absurdum; & quanvis in Catechismo Romano in explicatione symboli, excommunicati tamquam ethnici, qui non sunt in Ecclesia habeantur; & in *cap. Canonica*, 11. q. 3. dicantur à gremio Sanctæ matris Ecclesie, & totius christianitatis consortio eliminari; non ita intelligi debent, quod membra penitus rescindantur, sed à consortio eliminantur, veluti si quis possit fraudare manum, vel pedem alieno, & influxu aliorum membrorum, non ob id pars ea, membrum non esset. Hæc est *Turrian.* citati, & *Suar.* citata, *disp. 9. sect. 1. num. 4.* Pro quibus omnibus percontari licebit, an orare debeamus? Cui questionem in sequentibus fiet satis.

8 In textu, ibi, *Adiuvent.* Collige ex textu, dari inter fideles communicationem aliquam bonorum operum, quibus possint alij, alios iuvare; id enim satis aperte in symbolo confitemur, in articulo de sanctorum communione. Nam sumus eiusdem corporis membra, teste *Paul.* 5. ad *Corinth.* 12. & ad *Ephes.* 4. Sicut autem in eodem corpore humano, unum, quodq; membrum, non in suam tantum, sed in aliorum etiam utilitatem operatur, ita in mystico Ecclesie corpore, membra quæ viva sunt, & utiliter operari possunt, non solum sibi mereri, sed etiam alijs auxilium præstare possunt. Confirmat *D. Iacobus* in *cap. 5. Orate pro invicem, ut salvemini, & Apostolus* ad *Rom.* 15. *Obsecro vos fratres, ut adiuveris me in orationibus pro me à Deo.* Quæ omnia generatim dicta, ita sunt aperta, inquit *Suar.* citandus, ut hæretici contradicere non audeant.

9 Rogabis igitur. Vtrum fideles possint pro alijs satisfacere, & se se mutuo iuvare, quoad

remissionem pœnæ peccatis debita? Nam de satisfactione pro culpa, alibi disputant Theologi, quorum munus proprium est. Ad questionem respondeo affirmativè, contra *Vicleph.* & *Lutheranos*, apud *Vvaldens.* tom. 3. de *Sacramentis*, lib. à *cap. 93. usq; ad 100.* & apud *Suar.* tom. 4. de *pœnitent.* *disp. 48. sect. 1. num. 1.* & probatur conclusio ex *Paulo* ad *Colos.* in *cap. 1.* dicente, *Gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia, cuius factus sum ego minister secundum dispensationem Dei.* Locus sanè obscurus, sed præ omnibus efficax, in quo *Paulus* supponit pœnas Christi in persona propria fuisse sufficientes ad remissionem peccatorum omnium, tam quoad culpas, quàm quoad pœnas, sed ut in nobis habeant effectum, & efficaciam, adhuc illis deerat applicatio, circa quam laborabat *Paulus*, ut minister, & omnes reliqui sancti. Hunc sensum insinuat *D. Gregor.* 1. *Reg.* in *cap. 9.* sequitur *Bellarmin.* lib. 1. de *indulg.* *cap. 3.* vel si dicamus, loqui *Paulum* de passionibus, quas passus est in corpore suo, quod est Ecclesia; & quanvis pœnæ Christi satis essent; tamen quia ad maiorem perfectionem decrevit *Deus*, ut pateretur *Christus* in membris, & ad charitatis communicationem voluit sanctorum satisfactiones suis coniungi, & alijs prodesse. Ita *D. Thom.* ad locum *Paul.* lect. 6. ex quibus patet, quod per sufferentiam passionum fit magnum Ecclesie, seu membris eius iuvamen; sed nullum utilius est, quàm pro satisfactione pœnarum; ergo illud concedendum est. Neq; ratio ulla convincere potest, quominus adhuc effectum fideles se se iuvare possint suffragijs, si ad alios effectus se se mutuo iuvent. Hæc est *D. Thom.* in 4. *dist. 20. q. 1. art. 2. q. 3.* & *dist. 45. q. 2. art. 1. & 3.* contra *gentes*, *cap. 15.* *Navarr.* *tract. de indulg.* notabil. 23. per totum. & notabil. 22. num. 8. & 19. *Covar.* in *cap. Alma mater*, 1. p. 5. 4. num. 7. *Turrecremat.* in *cap. Mensuram*, & in *cap. Quis alit quando*, 5. In *Levítico*, num. 13. de *pœnitent.* *dist. 1.* *Caiet.* tom. 1. *opuscul. tract. 16. q. 1. & 5.* *Sot.* *dist. 19. q. 2. art. 4.* & lib. 3. de *natura, & grat.* *cap. 6.* & *Suar.* citato loco, de *pœnit.*

10 An verò pro excommunicatis, schismaticis, hæreticis? &c. Respondet *Suar.* tom. 5. de *cenfur.* *disp. 9. sect. 1.* & *Reginald.* lib. 31. num. 9. & alijs sub distinctione, aut enim preces, & suffragia fiunt nomine Ecclesie per ministros suos publicos, aut privatim, propriam, & personalem satisfactionem pro ipsis offerendo. Primo modo, prohibitum est pro illis orare; non tamen secundo modo. Ita *Navarr.* de *orati.* & *hor. canon.* *cap. 19. num. 67.* *Covar.* citat. in 5. 6. num. 4. & probatur supponendo ex alijs in Ecclesia esse potestatem excludendi homines contumaces, & excommunicatos à participatione suffragiorum, & ex peculiari iure, quod habet in hæ



In hac bona tangit domina eorum dispensatrix Christi nomine. Probat, inquam, conclusio ex usu Ecclesiae, & ex varijs iuribus in cap. A nobis, & in cap. Sacris, cum alijs de sent. excommunicat. & in q. 3. per illius capita. Unde colligit Navarr. in summ. cap. 27. nu. 36. P. Thom. Quodlibet II. art. 9. hoc præceptum ex genere non obligare sub mortali. Si autem videas in feria sexta Parasceves orationem publice fieri pro eis, scito quod Ecclesia ab ea prohibitione potuit illum modum, & diem orandi pro eis excipere; cum non sit de iure divino ea prohibitio, quanquam aliàs obliget etiam ad non orandum pro excommunicatis contritis, & restitutis gratiæ, ut recte deducit Suar. citata disp. sect. 3. nu. 2. & Reginald. nu. II. ex cap. Cum desideres, & ex cap. Sacris, & ex cap. A nobis, quia quanvis per penitentiam tollatur contumacia culpæ, non tollitur tamen vinculum excommunicationis ab Ecclesia iniectum, donec ab ipsa solvatur. Secundam partem conclusionis tenent Sylvest. verbo, excommunicatio, l. §. 2. & verbo, Missa, l. q. 8. conclus. 4. & Ang. verbo, Missa, num. 51. qui citant Hostiens. Armilla, verbo, excommunicatio, nu. 4. Covar. in cap. Alma, part. 1. §. 6. nu. 4. Navarr. in summ. citato cap. 27. nu. 36. & in Enchirid. de orat. cap. 19. nu. 67. Sayr. de censur. lib. 2. cap. 3. nu. 2. & sequentibus. Suar. citatus num. 3. Unde à fortiori sequitur pro magnis peccatoribus expiandis, preces effundi non prohiberi.

11 Sed quoniam diximus triumphantem, & militantem Ecclesiam esse unum corpus mysticum, quasi ex duabus partibus constitutum, ut sic fiat unum integrum regnum, cuius caput dedit Dominus esse Christum, & inter viatores, & beatos detur communicatio bonorum radicata in charitate, quæ facit omnia communia, & iam supra latè ostendimus beatos in patria, & Christum Dominum orare pro nobis. In præsentem videre est, an sit orandum pro eis? Dico nullum dari præceptum, quia ipsi non sunt in aliqua necessitate. Verum tamen honestum, & conveniens erit, si pro eis preces fundantur, dummodo in dubium non revocetur essentialis eorum beatitudo; in quo sensu dixit Augustin. serm. 17. de verbis Apostol. & refertur in cap. Cum Martha, de celebratione missarum, iniuriam facit Martyri, qui orat pro martyre; nec etiam talis oratio fiat ex presumptione plus valendi apud Deum, quam valeant ipsi beati, sed solum ex affectu charitatis. Et probatur quia aliqua est accidentalit gloria, non necessaria connexa cum beatitudine essentiali, ut supponunt Theologi, & admittit Innocent. III. in dicto cap. Cum Martha, §. 3. & eam postulant sibi ipsi beati, ergo, & fideles viatores, illam met poterunt petere illis à Deo, qui multorum intercessione gaudet.

Vide Bellarm. lib. 2. de Purgat. cap. 18. & Suar. tom. 2. de religion. lib. 1. de oratione, cap. 14. num. 14. Navarr. in tractat. de iubilao, notab. 22. nu. 46. & sequentibus, Sylvest. verbo, Missa, quest. 8. Vtrum autem possimus Deum orare pro ipso met Deo, sicut rogamus hominem, ut sibi bonum aliquod faciat? Respondetur negative, quia Deo nihil utilitatis potest accrescere, quæ per orationem ipsi quæramus, sicut homini quem rogamus; at vero Christi humanitati nascitur aliqua intrinseca perfectio, saltem actuale gaudium accidentale ex gloria, seu claritate nominis extrinseca: in quo sensu poterat orari, sed quia hæc sanctas mentis non est omnibus æqualis; idcirco non est apud vulgus promulganda doctrina, quia nos indigemus suffragijs sanctorum, illi vero nostris non indigent, ut Innocentius III. dixit.

De ijs, qui sunt in Purgatorio quæstio est an 12  
pertineant ad Ecclesiam militantem (certum est enim eos adhuc non intrasse gaudium Domini, ut triumphantes dicantur) & probabiliter dicunt aliqui, eos ad hanc pertinere militantem, quia non sunt extra viam, sed per viam ambulant, & nobiscum quodammodo communicant, sicut opera nostra illis prodesse possunt, & influxus Vicarij Christi interris ad illos se extendit. Sed probabilius est, & omnino certum, sanctam, & salubrem esse orationem pro eis, ut à peccatis solvantur, id est à pœnis peccatis debitæ, tum quia sunt in charitate, in qua decesserunt nobiscum coniuncti; tum quia sunt in maxima necessitate, ut pro eis expiandis suffragia offerantur. Huic communicationi aptari potest illud Apostoli ad Roman. 12. Necessitatibus sanctorum communicantes. Vide plura apud recentiores Sor. in 4. dist. 19. quest. 3. art. 1. & dist. 45. quest. 2. art. 1. Canis. in Catechismo, tit. de Eucharistia, cap. 7. & tit. de penitent. cap. de Purgatorio, Richard. art. 16. Casto advers. hæres. verbo, suffragium, Torens. in confessione Augustan. lib. 4. cap. 1. §. 9. 10. 11. & 12. Suar. tom. 4. de penitent. disp. 48. sect. 4. nu. 7. Bellarm. ubi proxime, præter alios, quos retuli in tract. de iubilao, cap. 4. dub. 6. nu. 12. & 13. Inter eos autem, qui damnantur in æternum, & reliquos magnum interiacet chaos; quapropter de fide est, nihil illis suffragia prodesse, ex cap. Quibus, ex cap. Cum gravis, ex cap. Non assistemus, ex cap. Pro obeuntibus, & duobus sequentibus, 13. quest. 22. & ex Concil. Bridliarenf. 1. in cap. 34. Quapropter in cap. Placuit, 23. quest. 5. decessit nullum suffragium, & oblationem fieri pro ijs, qui se interficiunt, aut in peccato intermunt, iuxta Concil. Triburenf. in cap. 31. cui similis decisio sumitur in cap. Ex parte, tit. 2. de sepulchris, prout Glossa ibi advertit. Ratio est, quia ut ait Clemens lib. 8. constit. 43. hi cum adhuc viverent, inimici

N n n fuerunt

fuorunt Deo, & impœnitentes; ergo, & post mortem, siquidem non datur poenitentia locus. ergo, & incapaces suffragiorum sunt.

## DISTINCTIO. LXXXII.

### IN SUMMA.

#### SUMMARIUM.

1. In eligendis pauperibus discrimen faciendum.
2. An dicatur pauper, qui divites parentes habet?
3. An is, relictum pauperibus legatum possit accipere?

**I**bi, Generaliter. Nullum faciendū discrimen in eligendis pauperibus perperam existimabis, nam eleemosynam prius debere dari illis, qui sunt de sanguine testatoris, relinquentis legatum, tradit *Menoch. consil. 321. nu. 3. & lib. 4. de presumptionib. q. 125. nu. 13.* & distribuendam inter pauperiores, & nobiles; eleganter *Surd. de aliment. tit. 1. q. 93. à nu. 20.* Deinde *D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 9. ex August. lib. 1. de doctrina Christian. cap. 28. tom. 3.* propinquiorebus magis providendum cōmendat, adhibita discretionis ratione, secundum differentiam coniunctionis, & sanctitatis, & utilitatis. Nam multò sanctiori indigentiam magis patienti, & utili magis personæ ad cōmune bonum, est etiam magis danda eleemosyna, quam propinquiori, dūmodo non sit persona multum coniuncta, et eius cura specialis nobis non imminet, & magnam necessitatem non patiat; & in *respons. ad 2.* affirmat, magis meritoriam esse eleemosynam, prout servatur ordo charitatis, secundum quam propinquiorebus magis providere debemus, ceteris paribus, teste *Amb. lib. 1. de Officijs, cap. 30.* asserente, liberalitatem probandam qua proximos sanguinis non despiciamus, si egere cognoscamus. Melius est enim, ut ipse subvenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptus deponere, cum ipsi nobis coniuncti quadam obviant sorte, ut illis succurramus. Unde potest stabiliri conclusio argumēto, *textus in l. Praeses, 6. C. de servitutibus, cum alijs, de quibus Glossa, ibi, notab. 1. & vide posita ad cap. 2. nu. 3. dist. 42. & ad cap. Non cogatur, nu. 4. dist. 41.*

**In textu, ibi, Pauperibus.**  
 Vtrum dicantur pauperes, qui, & si nihil possideant, parentes tamen divites habent? Dico quodd, aut ij sunt adhuc in patria potestate, aut ab ea abeunt per initum matrimonium. In primo sensu nemini dubium erit, quin divites appellentur, tum quia p ratione sui status non indigent opportunis, & parentes tenentur filios alere, non tantum ratione vitæ conservandæ, sed adhibita ratione status, & dignitatis, ut recte tradit *Covar. 2. p. de matr. cap. 8. §. 6. n. 8. & 9. Tello Fernand. in l. 10. Taur. nu. 4. Sarmient. 2. p. defens. de redivibus eccles. cap. 2. de redivibus, negans teneri patrem ex iustitia alere filios, prout refert, & sequitur *Vasq. in opusc. de testam. cap. 5. §. 7. nu. 135.* In secundo autem sensu, disputat *Sanch. de matr. lib. 8. disp. 19. nu. 21.* ubi resolvit, sub opinione adhuc esse, an ad aliquos effectus iuris. V.g. ad succedendū in 4. partem bonorū coniugis, dicatur pauper? iuxta *Auth. Præterea, C. Vnde vir, & ad alios effectus, pro quo allegat *Barbos. in l. Maritum, 13. nu. 99. ff. soluto matrim.* Simpliciter tamen, & ex cōmuni loquendi modo divitem appellari, ex *Mol. tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 146. vers. Illud præterea, & pbat quia, & si iuxta præsentem statum nihil propriū habeat, obtinet tamen ius succedendi in bona parentū, & compellendi eos, ut simul, ac matrimoniū competenter inierit, statim sibi facultates tribuant, quibus decenter vivat. Si verò bona parentū adhuc superstitem, non sufficiant p sui filijq̄ honesta sustentatione, docet *Sanch. citat. nu. 25.* filium verè dici pauperem, quia non habet unde necessaria naturæ, & opportuna provideantur, & onera status sublevantur. Confirmat *Henriq. lib. 12. de matr. c. 3. n. 9. in cōment. lit. E.*  
 Ex quibus inferes cum *Barbos.* ad citatam legem, maritum benè implere legatum, pauperibus relictum, facta largitione inter eos, qui prædicta laborant paupertate; & executorem testamēti deputatū ad distribuenda bona inter pauperes, benè posse distribuere in se ipsum, si quidem eget. Ut videre est apud *Emman. Barbos. citandum nu. 4.* ex multis quos adducit, & ex *D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 9. ad 3.* Cui sententiæ manifestè scribunt *Palat. in repetit. rubr. §. 65. nu. 42. Afflict. in cap. Si inter dominum, nu. 101. & 102. Greg. li. 3. verbo, tuiere, tit. 10. p. 6. Mexia in tract. iust. panis, concl. 1. nu. 49. Azeved. ad Curiam Pisanam, lib. 2. cap. 10. nu. 5. Menoch. de presump. lib. 4. q. 125. nu. 17. Spin. in specul. testam. Gloss. 6. princip. nu. 10. & Gloss. 28. nu. 28. Surd. de alim. tit. 1. q. 94. nu. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. Gloss. 2. nu. 55. Caldas Pereit. de potest. eligendi, cap. 13. nu. 9. & à fortiori pater, fraude cessante, in filios pauperes distribuere potest, ex *Bald. in l. 1. à nu. 29. C. de sacrosanct. eccles. & alijs, per eundem *Emmanuel. Barbos.* Sed hinc emergit dubiolum, an legatū pauperibus relictum*****

felicitatem possit uni tantum dari? Cui negativè respondeo, quia à verbis testatoris non est recedendum, nisi aliter de illius mente constet. *l. Non aliter, ff. de legatis, 3.* argumento *textus in cap. Intelligentia, de verbor. significat.* & ex ea ratione, quia indefinita æquipollent universalibus, seu pluribus, *l. Si pluribus, ff. de legat. 2.* at verò pluralis locutio non verificatur de uno solo, *l. Pluralis locutio, ff. de regulis iuris;* & voluntas defuncti debet in forma specifica adimpleri, *l. 4. ff. de condition. & demonstrat. Bart. in l. 1. ff. de opt. leg. Avila ad cap. 2. Prator. verbo, Ninguno, nu. 3. Mysign. centur. 5. observation. 67. Papan. arest. 91. Ricci in collect. decis. p. 3. collect. 522. Menoch. q. 125. nu. 20. Petr. Magdal. de num. testium requisit. part. 2. cap. 2. à nu. 43. Vivi. tom. 2. commun. opinion. lib. 6. tit. 26. nu. 99. Cened. pract. & Canon. quest. lib. 1. q. 35. nu. 13. quos refert, & sequitur Emman. Barb. in remission. ad Ord. Lusit. lib. 1. tit. 62. §. 18. nu. 8.*

C A P. Episcopus. I.

S Y M M A R I V M.

- 1 An episcopus debeat providere non potentibus laborare?
- 2 An liceat erogare eleemosynam amplectentibus mendicitatem?
- 3 An licitè prohibeantur pauperes, ne extra patriam peregrinentur?
- 4 An eleemosynæ largitio fieri debeat per liberalem omnino donationem?

**I**N textu. Habet textus, quod eleemosyna danda est solum illis, qui debilitate, ac infirmitate faciente, proprijs manibus in proprio sudore victum quærere non valent, nec vestitum; quibus episcopus in quantum possibile fuerit, debet providere; non autem otiosis; cum utilius esurienti panis tollatur si de cibo securus iustitiam negligat: quam elucienti panis frangitur, ut in iniustitia seductus acquiescat, quia non omnis, qui parit amicus, nec omnis qui verberat inimicus dicitur. De materia nostri textus agit eleganter Greg. Lop. partit. 1. tit. 5. l. 4. Glosa 8. pertractat etiam Peres lib. 8. Ordinam. tit. 14. l. 1. pag. 271. in fine, qui uterq; nostri textus meminere.

**I**N textu, ibi, Laborare non possunt. Non colligas hinc, ijs tantum faciendam eleemosynam, qui laborare non possunt. Nam certum est apud catholicos religiosi maximè tribuendam, quanquam manuum operibus sibi victum comparare possint,

quia ut rectè docuit *Alens. 4. p. q. 108. memb. 2. & q. 109.* sunt multa spiritualia exercitia, orationis nempe, & studij utilia ecclesie, quæ non semper sunt relinquenda propter corporalem laborem. Qui utiq; cõmunis est totius Ecclesie sensus, ait *Vasq. in opuscul. de eleemosyna, cap. 3. dubio 1. Aloys. Turrian. 2. 2. disp. 85. dub. 1.* De alijs verò, qui hunc statum non habent, censet *Alens. citat. & Gab. in 4. dist. 16. q. 4. art. 3. dub. 1. & Med. Cod. de eleemosyna, cap. 7. & 8.* licitè illis dari, & peti eleemosynam, etiam si à labore abstineant, quia liberum est unicuiq; intra, vel extra religionem servare voluntariam pauperiem. *Navarr. in cap. Quiescatibus, tom. 2.* Deinde labor non est necessarius ad declinandum otium, siquidem oratione, & lectione vitari potest; neq; ad frõnandum, subiiciendumq; corpus animæ, quia id alijs potest fieri exercitijs. *Sot. autem in deliberatione in causa pauperum, cap. 3.* ait licitè per leges è civitate expelli, & compelli manibus victum quærere. Verum istæ opiniones specie tenus inter se contrariæ sunt, si res ipsa consideretur. Negari enim non potest, licitum esse alicui paupertatem exemplo Christi, & Sanctorum sectari, & eleemosynis vivere, atq; orationibus, alijsq; pijs operibus vacare in utilitatem sui maximam, & populû Christiani, nec propterea otiosæ vitæ indulgere iudicandus est. Et in hoc sensu censeo veram *Gab. Alens. & Medin. sententiam.* Si verò mendicare volentes fugiant laborem, quod facile, inquit *Vasq.* conijcitur ex aspectu, tâquam reipub. pestis, & pernicies relegandi sunt, de quibus sancitæ sunt leges in *Cod. de mendicantibus validis, lib. 11. & in Authet. de prator. collat. 6. & in pragmat. de Madrid, ann. 1534. & lib. 8. recopilat. tit. 11. l. 1. & ibi Azeved. num. 15. & Peguera in quæstion. crimin. cap. 4. & in hoc sensu locutum censeo *Sotum,* & citatos.*

Vtrum autem liceat prohibere pauperes, ne extra patriam peregrinentur, aut ne à recto tramite divertant? Consule leges citatas Castellæ, & Lusitaniæ, *lib. 5. tit. 68. de vagabundis, vulgò, Vadios, & tit. 69. de Egypcijs, vulgò, Siganos,* ubi *Barbosa in remissionib. & præter ibi citatos. Caballum resolut. criminal. casu 178. num. 3. Alciat. lib. 5. parerg. cap. 3. & respectu admittendi eos ad matrimonium, Trident. sess. 24. cap. 7. Multi sunt, qui vagantur, & de clericis peregrinis, sess. 23. cap. Cum nullus, 26.*

**I**N textu, ibi, Largiatur. Eleemosynam faciendam per omnino-liberalem donationem, sentit *Sotus lib. 4. de iust. q. 7. art. 1. ad 4. & Valent. 2. 2. q. 32. punct. 3. & B.ñes in citata q. art. 6. dub. 6. & alij.* At verò *Cordub. lib. 1. questionar. q. 26. in respons. ad 7.* docet idem respectu simpliciter egentis, respectu tamen non egentis

simpliciter distinguit; vel enim eleemosyna est de superfluo in usus honestos expendendo, & tunc mutuari sufficit, ita ut pauper si aliquando possit restituat, vel eleemosyna est de superfluo non infumendo in bonos usus; & tunc largitio fieri debet pauperibus per donationem. Aliter distinguit Aragon. ad citatum D. Tho. 2.2. q. 32. art. 5. in solut. argum. dicens, extreme indigenti per donationem fieri eleemosynam ex superfluis. Si autem pauper egeat re magni momenti, & eleemosyna sit ex necessarijs, tunc satis esse, si fiat sub ratione mutui. Alij sentiunt, in extrema necessitate divitem satisfacere precepto per mutuum. Ita Navarr. in summ. cap. 17. nu. 61. & cap. 24. nu. 5. Covar. in regul. peccatum, p. 2. nu. 4. §. 1. Ioan. de Medin. de restitut. q. 3. in princip. & tract. de elemos. in cap. an extreme indigenti. Tol. in sum. lib. 5. cap. 24. Adrian. in 4. in materia de restitut. q. quæ incipit, quia dictum est de lucro, & supponunt DD. in cap. Si quis propter necessitatem, de furtis, & Ioann. Lupus, & rubrica de donationibus, §. 65. nu. 47. Almain. in 4. dist. 15. q. 2. & graves Theologi. Ego autem distinguo, aut enim extreme indigens hic, & nunc, non habet bona, nec alibi, nec aptus est ad illa comparanda, quia senex, debilis, & infirmus est, &c. Et tunc largitio per liberalem donationem fieri debet ex bonis divitis superfluis, quia si personæ, & illius statui fuerint necessaria, & pro gravi eius detrimento; locum habet posterior opinio; nostra vero utiq; probatur, quia obligatio eleemosynæ liberaliter faciendæ, oritur ex necessitate pauperis, & facultate divitis, quæ inibi reperitur: ergo sic fieri debet. Quando vero extreme indigens bonis hic, & nunc caret, habet tamen alibi, aut labore, & munere, quo uti solet victum, & pecunias quærere potest; tunc mutuari sufficit; quia iste simpliciter non est pauper, quia habet unde sibi succurrat; & ita aliquando conducuntur pauperes, ut eis cibis, & pecunia aliqua concedatur iuxta dispositionem l. 117. in pragmat. de Madrid, l. 4. tit. 20. p. 2. & Extravagant. Lusitanam.

## CAP. Proposuisti. II.

### SUMMARIVM.

- I Clerici incontinentes omni honore ecclesiastico sunt privandi.
- II An teneantur presbyteri quotidie celebrare?
- III Quot vicibus in año satisfaciât muneri?
- IV An laicorum coniugatorum communicatio corporis, interdicitur die comunions?
- V An clerici in sacris teneantur horas canonicas recitare, & quoniam precepto?

6 An qui sunt in carne coniugati Deo placere possint?

7 Quanam ignorantia excuset à pœna? & num. 8. & 9.

10 Quot mensium spatium sit necessarium, ut notitia legis habeatur?

11 De iuramento ad probandâ ignorantiam.

**I**N textu. Collige ex textu, omni ecclesiastico honore privandos esse clericos, qui incontinentiæ dediti, ecclesiasticis preceptis voluptatem preponendam iudicant, mulieribus se comiscendo. De materia Trid. sess. 25. de reform. cap. 15. in princip. eleganter Boyer. de repub. ecclesiast. p. 2. lib. 2. cap. 10. fol. 379. in princip. Petr. Crespetius in sum. verbo, celibatus, col. 5. fol. 164. in princip. qui nostri textus meminere.

In textu, ibi, Nec præterit dies à sacrificijs.

Multi, & graves Theologi censent, nullum esse preceptum obligans sacerdotes sub peccato mortali ad sacrificandum, ratione muneris sacerdotalis, dummodo in Paschate comunicent, ita Alex. Alenf. 4. p. q. 51. memb. 2. Bonavent. in 4. dist. 12. p. 2. ar. 2. q. 2. Gabriel. lect. 87. in Canon. Richard. in 4. dist. 13. art. 2. q. 2. & ibi Palat. disp. 2. & Ledesm. 1. p. 4. q. 23. art. 10. Viêt. in sum. nu. 94. & Caiet. in 3. p. q. 82. art. 12. cuius commentarius iussu Pij V. abusus, & expunctus fuit in Romana impressione, quanquam aliqui ex citatis putent aliqualem esse culpam hoc facere. Primum quia, spiritualis prodigalitas est se diu privare usu potestatis, & fructu sacrificij, tam respectu sui, quam respectu Ecclesiæ, & proximorum, quibus inde venit utilitas. Sed quoniam hæ rationes maiorem inducunt obligationem, ideo alij affirmant sacerdotes teneri sub mortali aliquando, & aliquoties in anno sacrificare, nisi legitimo impedimento excusentur. Ita D. Th. in 3. p. q. 22. art. 10. & clarrius in 3. sentent. dist. 13. q. 1. art. 2. quest. 1. ad 2. Duran. ibi, q. 2. Sot. q. 1. art. 10. Palud. dist. 11. q. 2. Maior. q. 5. D. Antonin. 3. p. tit. 13. cap. 16. §. 12. Sylvest. verbo, Missa, 1. q. 7. Angelus nu. 44. Navarr. cap. 25. nu. 88. & Petr. Sot. quanvis subdubians lect. 13. de Eucharist. circa fin. Ex nostris Glossa in cap. Dolentes, de celebrat. Miss. ubi Canonista, & favet Trid. sess. 23. cap. 14. dum monet episcopos, ut curent, quod sacerdotes diebus Dominicis, & festis solènis missas celebrent. Quibus non obstantibus priorem opinionem practice securam tenet Suar. tom. de Sacrament. disp. 83. sect. 1. §. Hæc res dubia. Nam viros sanctos interdum legimus ab huius sacrificij celebratione abstinnisse, quanvis ex motione Spiritus Sancti speciali multa fecerint Sancti, quæ

quæ nos non possumus imitari, quia nullum est præceptum, nec divinum, nec ecclesiasticum, ideo ab hac obligatione deobligamur. Atamen potteriore opinionem magis piam, & securam, & in praxi consulendam tradit, vix enim sine magno scandalo fieri potest huius sacrificij diuturna omissio, quia est signum prave conscientie, & vitæ perditæ. Sequitur *Vasq. 10mo 3. in 3. p. disp. 232. cap. 1. nu. 2.* Adde polita ad *cap. Tenere, 4. nu. 5. dist. 31.*

3 Sed quæres quoties teneantur in anno sacrificare ad vitandam culpam? *Sylv. & S. Antonin.* citati, referunt Canonistas aliquos asserentes, teneri sacerdotes ad celebrandum quotidie. Sed hoc nullo nititur fundamento. Similiter alia opinio, quæ tribuitur *D. Thom. & Sylvest. Sor.* & alijs ponentibus obligationem sub mortali in præcipuis festis, maximè quando fideles communicare solent, nimis rigorosa est, nec sufficienter probatur. Et ideo *Suar. in 3. p. tom. 3. disp. 80. & Vasq. citat. nu. 11.* cum *Navar.* censent satisfacere sacerdotem huic obligationi ter, vel quater in anno sacrificando; ex *cap. Dolentes*, citato, quanquam hoc non possit benè per principia intrinseca fundari, sed potius extrinseca moraliter loquendo, nempe aliorum scandalum, proprium detrimentum, aut periculum liberius peccandi, omittendo sacrificium, aut ne licentia peccandi impediatur. Eandem opinionem nostro modo explicatam, tenet *Nugn. in 3. p. D. Thom. q. 82. art. 10.* & ibi *Egyd. de Coninck art. 2. concl. 3. nu. 206.* *Hentiq. lib. 9. cap. 23. §. 2.* *Chamer. de Sacram. de sacrificio missæ, dub. 13.* *Ludovicus Mirand. in manual. pralat. tom. 1. q. 40. art. 7. concl. 2.* *Reginal. in praxi, lib. 29. nu. 46. & nu. 167.* Hactenus de simplicibus sacerdotibus; de parochis verò alia est habenda ratio, consule *Vasq. nu. 12.* & *Navar. in man. cap. 25. nu. 135. fr. Emman. in sum. p. 1. cap. 252. nu. 1.* *Spino in Specul. testament. Gloss. 3. principali, nu. 63.* *Azor instit. moral. p. 1. lib. 10. cap. 24. q. 2. & 3.* *Iacob. de Grass. p. 1. lib. 2. cap. 39. nu. 7.* quos refert, & sequitur *Augustin. Barbof. in pastoral. p. 2. allegat. 24. nu. 22. sub tit. de obligatione parochi.* & *Campanil. in divers. iuris canon. in adhortatione ad episcop. & sacerdotes, à nu. 1. usq. ad 10.*

4 In textu, ibi, Et hoc utiq; laicis præcepit. Ergo laici coniugati non possunt debitum petere diebus feriatis rogationum publicarum solènum ieiuniorum, vel tempore interdicti ecclesiastici, ante benedictionem; de quo, & quam culpam contrahant per exactionem, vide *Sanct. 3. tom. de matrimon. lib. 9. disp. 12. nu. 3.* & ibi latissime ibidem *nu. 5.* ubi resolvit verba nostri textus non de præcepto, sed de consilio esse intelligenda *Gloss. item in presenti, verbo, præcepit.* *Hieronym. de Zenonibus, de foro conscientie, & content. num. 141. tom. 3. tract. p. 2. Armilla, verbo, Matrimon. nu. 10.* *Petrus*

*Ledesm. de matrim. q. 94. art. 7. notab. 1. fr. Emman. tom. 1. summe, cap. 243. nu. 18.*

In textu, ibi, Orandi iuge officium est. De clericis in sacris certum est teneri ex præcepto ad recitandas quotidie septem horas canonicas, quanvis beneficiu non habeant: contra eos, quos refert *Glossa 1. in cap. ult. dist. 92.* & probatur tam ex auctoribus proximè citandis, quam ex usu, & consuetudine, consensuq; totius Ecclesie. Difficultas tamen est, quo iure sit hæc obligatio? *Abb. in cap. 1. de celebrat. miss.* supponit esse de iure divino. Tenet *Turrecrem. in cap. Eleuterius, infra, dist. 91. ad 5. q.* & refert *Guillielm. Landan. & Cardin. Zabarel. Idem Angel. verbo, Hora. num. 6. Rosel. nu. 13. inclinat Navar. de orat. cap. 6. nu. 2.* quorum mens videtur esse, quod iure divino conaturali statui clericali, teneatur positus in sacris ad peculiarem aliquem modum orandi, plusquam laicus, & hic determinatus fuerit per Ecclesiam ad horas canonicas; sequitur *Sor. de iust. lib. 10. q. 5. art. 3. & in solut. ad 3. ex D. Thom. Quodlib. 6. art. 8.* Oppositum tenuerunt *Laurentius, & Ioann. de Lygnano, & refert Panormitan. in Clement. 2. de celebrat. miss. & Cardin. in Clem. 1. eodem tit. Sylv. verbo, Hora, q. 4. & 8. Tabien. nu. 15. Armil. nu. 11. S. Anton. 3. p. tit. 13. cap. 4. Palud. in 4. dist. 5. Maior. dist. 12. & Suar. tom. 2. de relig. lib. 4. de hor. canon. cap. 16. nu. 2. Reginal. lib. 18. nu. 135. & 136. & Azor. 1. p. instit. moral. lib. 10. Less. de iust. lib. 2. cap. 37. dub. 9.* ex eo fundamento, quia nullibi apparet tale ius divinum scriptum, imò nec ecclesiasticum; quia nullus est textus, per quem constet huiusmodi obligatio, quoad diaconos, & subdiaconos; tres autem canones citari solent, ex quibus nihil certò colligitur; primus *Canon presbyter, de celebrat. Miss. 2. cap. Dolentes, eodem tit. 30. c. Si quis presbyter, infra, dist. 92.* & primus de solis clericis, secundus, de clericis etiam in minoribus. tertius, de illis non ratione ordinis, sed deputationis alicui ecclesie loquitur. Quod autem nullum sit ius divinum naturale, probat *Suar.* quia Papa potest dispensare, ne aliquis recitet officium divinum. Restat ergo, quod hæc obligatio proveniat ex Ecclesie consuetudine, quæ cum sit rationalis, & legitimè præscripta, vim habet legis, iuxta *cap. final. de consuetud. in fine.* Rationalis verè est, quia clerici per maiorum ordinum susceptionem acquirunt statum ad cultum Dei, laudesq; celebrandas institutum, & ne ferrentur in incertum, consuetudo obtinuit, ut determinarentur per horas canonicas. Legitimè tandem præscripta, quia à tempore Apostolorum, tam pia, & sancta consuetudo viguit, ut satis ostendunt scriptores huius temporis adversus hæreticos. Videri potest *Lesius citat. dub. 8. & Reginal. ubi proximè.*

6 In textu, ibi, **Qui autem sunt**  
 7 in carne Deo placere non possunt,  
 Non inferas, ergo matrimonium in munditiam,  
 & carnis fordes appellare licebit; tantum abest,  
 ut verum sit Sacramentum, & gratiam con-  
 ferre existimetur. Hoc enim Calvinus, & Kem-  
 nitzii delirium est, quod ex Siricio in epistola  
 ad Himerium Tertacensem relata in presen-  
 ti, ipsi trahunt in confirmationem manifesti  
 sui mendacii, namque iniquum est, illud Siricio  
 imponere, ut late probat Bellarminus. tom. 2. lib. 1.  
 de matrimo. cap. 6. & 7. & Vasq. in opuscul. tractat.  
 de matrimo. disput. 2. cap. 8. num. 86. & Egidius  
 Lovaniensis. de matrimo. disput. 24. dubio 2. num. 18.  
 qui omnes nostri textus meminere. Quan-  
 quam concors non sit in respondendo eorum  
 sententia. Bellarminus enim dicit Siricium Pa-  
 pam non loqui de quovis matrimonio, nec de  
 quibusvis matrimonio iunctis, sed de mona-  
 chis, & sacerdotibus, quibus cum nuptiæ essent  
 interdictæ, eis nihilominus implicari volebant,  
 & de ijs dicere, qui in carne sunt, &c. quibus vi-  
 vere in matrimonio idem est, quod carnaliter,  
 & turpiter vivere. Vasq. verò citatus sanè fa-  
 tetur, in istis duobus capitibus loqui Pontificem  
 contra monachos, & sacerdotes, eorumque ma-  
 trimonia sacrilegia appellare, eò quod contra  
 expressum Ecclesiæ præceptum illa contraxe-  
 runt. Verum existimat verba Pauli ad Romanos. 8.  
 Qui in carne, &c. non fuisse allegata in eo sensu,  
 quem Bellarminus putavit; nam Syricius sectatores  
 libidinum, & præceptores vitiorum vocat mo-  
 nachos, & sacerdotes, qui sacrilegis, & vetitis  
 utebantur matrimonijs; postea verò subiungit.  
 In lege Moysis passim in sacris ordinibus à Domino laxa-  
 ta fræna luxuria, ubi per hæc ultima verba, non  
 potuit intelligere Pontifex vetitum usum con-  
 iugis, aut mulieris, sed appetitum carnis, & cõ-  
 cubitus cum propria, & legitima; nam sacerdo-  
 tes exemplo Levitici generis causam tuebatur,  
 & licitum sibi usum matrimonij esse desidera-  
 bant. Quibus Pontifex sanctos, & mundos esse  
 debere obijcit, scilicet per abstinenciam tem-  
 pore vicis suæ, ab usu conjugali. Insuper sua-  
 dere voluit concessum fuisse antiquis Levitis  
 causa luccessionis, & procreationis, uti uxori-  
 bus peracto tempore vicis suæ; attamen in le-  
 ge nova Christum instituisse, ut Ecclesiæ splē-  
 dore castitatis radiaret, hoc est antiquæ Eccle-  
 siæ castitatis observantia antecelleret, non quia  
 coniuncti matrimonio peccarent offerendo,  
 sed quia non perfecta conscientia, sicut dice-  
 bat in lege Evangelica, tantum sacrificium Deo  
 ministrarent, ad quem sensum Syricius verba  
 Pauli accommodavit. Non me latet, longè diver-  
 sum esse Pauli sensum, sed iuxta mentem Pon-  
 tificis, quem Vasq. attigit referre non piguit;

cum aliàs conclusio de fide sit matrimonium  
 esse verum Sacramentum, & gratiam præstare,  
 ex Trid. sess. 24. cap. unico, & sess. 7. Can. 1. & seqq.  
 de Sacram. in genere. Fuit etiam definita ab Eugē-  
 nio IV. in Concil. Florent. in decreto fidei pro Græcis, &  
 Armenis, quod est post ult. sess. & à Lucio III. in  
 cap. Ad abolendam, de hæreticis. Ad Sanch. lib. 2. de  
 matrim. disp. 10. & Egid. de Coninck. de matrimo.  
 disp. 24. dub. 2. & Reginald. lib. 31. num. 7. Valenti-  
 nom. 4. disp. 10. q. 1. punct. 5. apud quod alij.

In text. ibi, **His ignorantibus.**  
 Ignorantia, etenim simpliciter, & ex se à qua-  
 cūq; pœna p crimine imponenda excusat, cū  
 hæc non imponatur, ubi culpa non reperitur,  
 regula, sine culpa, de regul. iur. in 6. & iuxta illud  
 Deuteron. cap. 15. iuxta mensuram delicti, data autē  
 ignorantia simpliciter, culpa non reperitur, cū  
 ignoras consensu, carere dicatur, p textū in l. Qui  
 vas, 49. §. Vetare, ff. de furtis. Dixi, à quacūq; pœna,  
 quia excusat à pœna suspensionis, & irregula-  
 ritatis, cum excuset à peccato ppter quod im-  
 ponitur, ut optimè advertit Cast. de leg. penali,  
 lib. 2. cap. 14. fol. 302. de iuris, & facti ignorantia. Vide  
 quæ diximus nu. 2. & 5. in princip. dist. 38. & in  
 cap. Qui partem, nu. 6. dist. 55. & quid sit ignoran-  
 tia, vide in cap. 1. nu. 1. supra, dist. 38.

Limita 1. Supra positam doctrinam non p-  
 cedere ex affectata ignorantia, quæ à pœna le-  
 gis delinquentem non excusat, etenim cum  
 ignorantia affectata in se malitiam contineat,  
 & uti talis scientia appelletur, l. Qui contra, ibi,  
 errore non affectato, C. in castis nuptijs. Tiraq. de re-  
 tract. §. 35. nu. 28. quemadmodū scientia à pœna  
 non excusat, ita quoq; talis ignorantia, in qua  
 gravior culpa reperitur, sequuntur plures, ut p  
 Covar. in cap. Alma, 2 p. §. 10. nu. 17. quæ autē sit  
 ignorantia affectata, & ubi reperiat, diximus  
 in cap. Prohibetur, 15. supra, dist. 37. vbi vide po-  
 sita num. 2.

Limita 2. Non procedere in crassa, seu su-  
 pina ignorantia, quæ à pœna legis saltem in to-  
 tum non potest excusare, quia cum pœna sim-  
 pliciter prolata respiciat omnes illos, qui in  
 culpa existere dicuntur, & transgressores legis  
 per talem ignorantiam in culpa existere non  
 definant, quia ratione præcedentis negligentie  
 delictum volitum reputatur, ut per DD. in re-  
 gula, ignorantia, de regulis iuris, lib. 6. rectè fit, ut  
 talis ignorantia in totum à pœna legis non ex-  
 cuset; pro parte tamen huiusmodi ignorantie  
 excusabit, ut bonè advertit Castro d. cap. 14. fol.  
 306. siquidem illa ignorantia minuit volunta-  
 rium, ac sub inde à pœna legis pro parte ex-  
 cusare debet; sic explicatur in l. 1. ff. de legibus,  
 talis etiam ignorantia à dolo excusare solet,  
 iuxta textum in l. Sed, et si lege, §. Scire, ff. peritione  
 hereditatis, textus in l. 3. §. Si quis ignorans, ff. ad  
 Sylanianum. Cõmunis ex Covar. 2. p. de sponsalibus  
 cap. 6.

cap. 6. §. 8. nu. 21. Tiraq. de penis, causa 11. num. 3. de ignorantia supina, & crassa quæ sit: vide posita ad c. principium dist. 38. supra num. 7.

10 **In Glossa, verbo, nō probatur ibi, Usque ad sex menses.** Haber presentis, necessarios esse sex menses, ad hoc ut quis dicatur habere notitiam constitutionis provincialis, promulgatæ: sed illā reprobatur Abb. in cap. 2. nu. 7. de constitutionibus, apud quem ibidē videbis, quo tempore liget constitutio, & an sit necessarius elapsus totius temporis, vel solū sufficiat notitia certa ad hoc, ut constitutio iniiciat vinculum, habes apud eundem num. 8. probatur etiam hac sententia Glossæ communiter ex Menoch. de arbitrat. casu. 185. num. 6.

11 **In Glossa post mediū, ibi, Suo iuramento.** Secundum quantitatem iudicij, & qualitatem personæ, & facti, benè potest admitti propriū iuramentū ad probandam ignorantiam. Affirmat nostrā Glossa, & textus in cap. qui divinis & humanis 12. quest. 2. sequitur Abb. in cap. cognoscentes num. 9. de constitutionibus. Decius in cap. pastoral. num. 7. de exceptionibus Menoch. de arbitrat. casu 186. à numer. 3. Tiraquel. de retractu §. 4. Glossa 1. num. 6.

**C A P. Plurimos. III.**

**S K M M A R I V M.**

- 1 Series textus enucleatur.
- 2 Quid differant sacerdotes, & Levitæ?
- 3 Nulli eorū ministrabant nisi prius certis ritibus consecrarentur.
- 4 Qui finis servandus in contrahendo matrimonio, & num. 5.
- 6 Quid, vicis, nomine intelligatur? & num. 8.
- 7 Vtrum sit discrimen inter summum sacerdotem, & principem sacerdotū?
- 9 Quare tribus Levi in sacerdotium fuerit præ omnibus, electa?

**I**N textu. Per quē Syricius Papa clericos uxoratos, & concubinos reprehendit, eo quod vitium, & crimen iuum exemplo sacerdotum veteris legis, & testamenti defendere conabantur. Cū

ergo ad sacrosanctum altaris ministerium, candorem illum, & animi, & corporis in sacerdotibus florere deceat, verbis illis Domini sancti estote, & car. & more antiquorum sacerdotum qui vicis suæ anno à consortio uxorum separabantur, vult illos à tā pravo, & obicæno vitio dissuadere: nostri textus meminit Soto de iustitia, & iure, lib. 7. quasi. 6. artic. 1. col. 3. Petrus Crespetius in summa, verbo, celibatus fol. 163. Materiam nostri textus pertractat Gregor. Lopez part. 1. titulo 5. l. 51 & illius meminit Glossa 2.

**Q**uid differat inter sacerdotes, & Levitas legere est apud Franciscum Riberam lib. 3. de templo cap. 1. & ex Anastasio Germ. infra citando. Namentorum 3. Applica, inquit, Dominus, tribus Levi, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, ut ministrarent ei, & excubent, & observent quidquid ad cultum pertinet multitudinis, coram tabernaculo testimonij, & custodiant vasa tabernaculi servientes in ministerio eius. Dabisque dono Levitas Aaron, & filijs eius quibus traditi sunt à filijs Israel. Aaron autem, & filios eius constitues super cultum sacerdotij, &c. Illud autem: observent quidquid ad cultum pertinet multitudinis, idē est, ac ministrant in omnibus in quibus filij Israel ministrare debebant, siquidem loco eorum positi sunt. Porro officia Levitarū, & eorum familiæ continentur, cap. 3. & 4. Numer. Vide quæ diximus ad cap. inveteri 7. nu. 11. & 12. supra distinct. 77. & num. 17. Sacerdotium autem Aaroni, & filijs eius datum est. Vide supra loco proximè citato, nu. 2. quibus erat victimas, & sacrificia offerre, & orare pro populo. Ut constat ex 1. Paralip. cap. 4. Erat autem Aaron summus sacerdos, & pontifex, filij tamen eius minores sacerdotes: neq; omnes qui ex semine Aaronis per familias oriebantur ad sacerdotium admitti poterāt ut patet ex Levitico 21. ibi homo de semine tuo qui habuerit maculam, &c. Vnde Philo lib. 3. de sacrif. sacrificare nulli sacerdoti, nisi integro permittitur, cui ne minima quidem insit labecula: quæ omnia ad mysticum sensum trahit Gregor. Magn. in 1. p. Past. cap. 2. & Gratianus noster pluribus in locis quæ refert Anastasius Germ. cap. 3. num. 6. lib. 3. de factorum immunitatib. Eleazar patri Aaroni successit Num. 20. & ad posteros eius venit pontificatus, qui numerantur usque ad transmigrationem Babylonis. 1. Paralip. 6. Moyses sane sacerdos fuit, teste Hieronymo, contra Iovinian. citato in cap. si quis vult. dist. 36. Anacleto epist. 3. capit. 3. relato in §. inter beatos cap. Sacrosancta dist. 22. Melchiad in cap. de crevit. dist. 88. Damaso, quem citat Basilius Zanchinus in not. in scripturā, sed ne dum reperitur à Lorin. in Psalm. 98. vers. 6. D. Thom. cum Magist. in 4. distinct. 19. qui consecravit Aaron, & filios eius, & obtulit sacrificia Levit. 8. Verum posteri Moysis nati sunt inter Levitas 1. Paralip. 23.

3. Ceterum tam Levitæ, quàm sacerdotes, etiã si terra esset Levitici, & sacerdotalis generis origo, nisi prius certis, ac legitimis ritibus consecrarentur, non fungebantur officio, nauseat hinc anima nostra super hæreticorum infania, qui omnes Christianos protinus sacerdotes esse volunt. Consecrationis Levitarum ritum habemus *Numer. 8.* qui eo tendebat, ut significaret eos qui in sortem Dei vocabantur, mundos esse debere ab omnibus sordibus, & longè a mandare omnia, quæ iterum in peccata inducere possent. Pontifex item consecratur, & sacerdotes initiabantur, & lavacro expiabantur maculæ, novisque & sacris induebantur vestibus, ut præ cæteris vita, & moribus, quasi fulgoribus radiarent; unde latum legenti erit discrimen, tam pro ritu consecrationis, quàm muneris. Alia vide ad *cap. Si quis eorum 7. num. 5. distinct. 32.* & ad *cap. citatum in Veteri supra num. 28. distinct. 77.*

#### 4. In textu, ibi, Sæctator libidinũ.

Disputari solet qui finis desideretur in cõtrahentibus, ut culpæ sint immunes? Sed breviter dicendum cum *August. lib. 9. super Genes. 1. vers. 28.* ad honestam multiplicationem generis humani institutum primò fuisse matrimoniũ. Secundariò, verò in remedium concupiscentiæ, ex *Paulo 1. ad Corin. 7.* propter fornicationem tamen unusquisque habeat uxorem suam. Tandem in novo testamento elevatum est à Christo ad esse sacramenti præstantis gratiam *Matth. 19. quos Deus coniunxit, &c.* aut in nocte Cænæ, vel post Resurrectionem, ut tenet *Filius. lib. 1. tract. 10. part. 1. cap. 1. num. 9.* His positus, est prima opinio quæ docet sæper esse peccatum mortale contrahere propter pulchritudinem uxoris, & alios fines non intentos ab institutore Sacramenti; quia gravis fit iniuria pervertendo ordinem debitũ. Ita *Angelus, verbo Matrimon. 2. num. 25. Covar. 4. decretal. p. 2. cap. 1. n. 7.* Secunda ait solum esse veniale ita contrahere, quia levis est inordinatio, imò nullum si hi fines secundariò, & proprii magis principaliter intenduntur, sequitur *Petrus Soto lect. 16. de matrim. §. Secundum præposuerũ. D. Antonin. 3. part. tit. 1. cap. 19. §. 9. Palud. in 4. distinct. 40. quest. 2. artic. 3. Sylvester. Matrimon. 4. quest. 4. Navar. cap. 22. n. 79.* qui tres ultimi interunt esse veniale contrahere principaliter ad pacem componendam. Tertia docet veniale esse contrahere ad vitandam fornicationem, quia generatio debet principaliter intendi. Ita *Petrus Soto* citatus, quòd alij verum existimant, si cõtrahentes sint apti ad generandum, senes enim non excusari à culpa propter impotentiam. Ita reliqui AA. 2. sentententiæ.

5. Pro resolutione adverte, in matrimonio esse rationem contractus, qui elevatus est in sacra-

mentum, quando ergo cõtrahitur, credere est, neminem sibi proponere matrimoniũ in eos, fines divitiarum, pulchritudinis, &c. pro ut est sacramentum: sed prout est contractus. Absolutè tamen loquendo, contrahere matrimoniũ in remedium concupiscentiæ, nullum est peccatum: at verò propter alios fines extrinsecos mortale, vel veniale pro diversitate illorum. Prima pars quæ est etiam *Gutierrez de Matrimonio cap. 38. n. 6.* probatur, quia ibi non datur abusus finis, nec excluditur intentio sobolis propagandæ, Si verò intenderetur primario delectatio, non verò remedium, venialis foret culpa; quia datur inordinatio vilis in re gravissima. Ita *Ægydus Lovaniens. citat. disp. 24. dub. 2. num. 16.* & *Sanch de Matrim. lib. 2. disp. 29. numer. 21.* & deinceps. Similiter dicendum de contrahentibus propter vanam gloriam divitiarum, pulchritudinem, æquè peccare venialiter, quia nõ est illa inordinatio gravis, nec excludit alios fines proprios. Quinimo contra *Sanch.* tenet *Lovaniens. n. 18.* matrimoniũ contractum ad pacem aliquam magni momenti componendam, esse honestius, quàm ob remedium concupiscentiæ, & prolis generationem. Quando autè finis est lethalis in scemina v.g. liberius communicandi cum hominibus, vel aliud facinus grave patrandi, crimen capitale erit. Ita *Petrus Ledesma, quest. 48. de matrimonio. art. 2. dub. 2.* ubi duplicem culpam meritò reprehendit, alteram pravi finis, & alteram indignæ sacramenti receptionis. Quavis tertiam *Sanches* excogitet desiderij scil. consequendi finem: quam ego nõ agnosco, quia desiderium finis ab ipso opere assecuto non distinguitur in moralibus quo ad culpam. Concludo tandem, quod si fines extranei subeant rationem motivam, nulla esse in culpa, dummodo ordo finis servetur, & ipsi non sint difformes. Et adverte, quòd si non intendatur soboles, nec remedium concupiscentiæ, bene adhuc constare posse matrimonium. Ut in Beata Virgine, quia intervenit mutua animorum coniunctio, qui est omnium finis excellentissimus; sed quia hæc amplius prosequi non licet: autores lege, & elige.

#### In textu, Vicis suæ.

Sacerdotes olim à tempore Moysis usque ad David olea conservabant. *Num. 4.* Vasa Tabernaculi inspiciantur incensum quotidie offerebant, sacrificiũ quotidianum faciebant; & si quando extra ordinem propopulo aut privatis offerendum erat. *Levit. 17.* offerebant ipsi, & diebus festis sacrificiũ populi agebant, & pelles holocaustorum cù pontificibus detrahebant 2. *Paralip. cap. 29.* David autem rex. 2. *Paralip. cap. 8.* noluit omnes sacerdotes quotidie sacris ministerijs occupari, sed singulas classes, singulis hebdomadibus operari,



rari, cuius institutionis meminit Iosephus lib. 2. contra Apionem, quia tanta multitudo ministrare simul non poterat: divisit omnem posteritatem Eleazar, & Ithamar filiorum Aaronis in viginti quatuor familias; primi propter multitudinem in sexdecim; secundi vero in octo 1. Paralip. 24. & Iosephus 7. antiquit. cap. 11. & sortes miserunt pro unaquaque hebdomada ita ut una cognatio ministraret Deo per octo dies a sabbato usque ad sabbatum, & sortitionem factam esse omnium cognationum a prima usque ad 24. tradit citatus Iosephus.

7 Sed quoniam sermo incidit de sacerdotum muneribus. Quæres utrum discrimen constituendum sit inter summum sacerdotem, & principem sacerdotum? Respondeo affirmativè, nam singulis sacerdotum classibus (quæ erant viginti quatuor, teste Iosepho lib. 2. contra Apionem,) præerant quidam sacerdotes, quos à Græco Latini interpretes communi nomine cum summo pontifice, principes sacerdotum, & Pontifices dixerunt. Nec illi erant summi pontifices sed classium capita. Quorum unus fuit Esara, & tamen summum pontificatum non gessit ut ex illius libro cap. 8. constat: & ex illo Marci 14. Adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem Caipham: summi vero sacerdotes quærebant, &c. qui non erant pontifices maximi, nam uno eodemque tempore multi esse maximi non poterant; quanquam qui prius fuerat Pontifex abdicato pontificatu, diceretur adhuc pontifex, Concilium autem, de quo Marcus, inibat & pontifex maximus; & princeps classium sacerdotalium. Scæva quoque (cuius mentio in actis Apostolorum fit cap. 19. sub nomine principis sacerdotum,) qui nec gessit maximum pontificatum nec Ephesi (de qua ibi sermo) gerere potuit. Ad Signonium lib. de republ. Hebr. 5. capit. 2. & Anastas. German. citato lib. 3. de sacerdotum immunitat. cap. 3. num. 10. qui affirmat multam iniectam inde difficultatē Theologis quia nullum constituerunt discrimen inter Summum, & Principes Sacerdotum. Sed ad eos relego curiosos quos ipse ad Signonium mittit. De his enim plura agere ad ipsos est; nobis autem summo digito ea tetigisse tantum, fuit satis. Nunc ad institutum revertamur.

8 Leviticam tribum simul divisisse Davidem in 24. partes, sortitione facta, & illis quemadmodum sacerdotibus octonos ministerijs dies obvenisse tradit Iosephus citatus, & habetur 1. Paralip. cap. 9. & 1. Esara, cap. 8. & 2. Paralip. cap. 8. inde ministerium hebdomadae uniuscuiusque familiae vicè appellat Luc. 1. 1. Vt nomine Zacharias de vice Abia, quæ erat octava familia in illis 24. Quæ omnia breviter recitat Innocentius lib. 1. de sacro altaris mysterio cap. 6. & Rib. citatus cap. 3. Illa verò hebdomada qua sacerdotes ministra-

bant in domibus ijs habitabant, quæ in atrijs templi erant exædificatæ, neque inde recedebant, & quandiu ibi morabantur, ab uxoribus abstinebant, ut tradit Barradas in concord. tom. 2. lib. 3. cap. 58. num. 6. ex Abulens. quest. 25. in 1. Paralip. cap. 24. & Innocent. 1. Epist. 2. cap. 9. in quem sensum vicis comminiscitur nostri textus.

In textu, ibi, Non ex alia nisi ex tribu Levi.

Levi tribus sacri tabernaculi ministerium sortita est, originem ducens ex Levi tertio inter Iacob filios, ex Lia, Deo consecratus, quia numero Deus impare gaudet. Vnde Num. 3. vers. 12. & 13. dixit se tulisse Levitas a filiis Israel, pro omni primogenito, qui aperit vulvam in filiis Israel, velletque ut Levita essent sui, præterea quoniam percusserat primogenitos in terra Ægypti. Verum quoque ne numerarentur tribus Levi inter alios, qui à vigesimo primo anno, & supra numerabantur, ut ad bella procederent, sed præcepit, ut ex illa confluerentur super Tabernaculum testimonij. Quo circa ineptè Plutarchus (ait Lorinus in præfatione Leviticæ, cap. 4.) dictos affirmat Levitas à Lysio, sive ab Eviu, id est à Bacho, quod tubis, ut ipse ementitur, ad eius sacra evocarent, cum id ad alias veri Dei solemnitates videamus fuisse in usu. Sed, adhuc inquirendum superest, quare Levitica tribus fuerit electa ad ministrandum divino cultui? Philo lib. 3. de vita Moysis, hunc honorem eis perpetuum dixit, quod consecraret manus suas occidendo cultores vituli Exodi 37. sed obstat, quia iam cap. 28. & 29. iusserat Dominus Moyse ad se applicare Aaron cum filiis suis, ut sacerdotio fungerentur, & Aaron fieri veslem pontificiam, & filios consecrari, qui erant de tribu Levi. Credit Barradas in Itinerario lib. 4. c. 17. n. 10. Aaronem, & filios eius electos non propter occisionem idolatrarum, sed quia socius in educendo populo, & frater erat Moysis. Reliquos autem Levitas, ab interfectione cultorum vituli, fuisse in ministerium tabernaculi assumptos.

CAP. Quia aliquanti. IV.

SUMMARY

1. Aut venia, aut mitior pena imponitur, ignorantia lapsis.
2. An detur ignorantia in peccato venereo?
3. Qui privilegio abutitur, illo privari mereatur.

4 *An clericus in minoribus iniens ma-  
rimonium perdat privilegium?*  
5 *An amitat privilegium fori?*

1 **I**N **TEXTU.** In quo venia, & misericordia illis tribuitur, qui ex ignorantia contra Syricij constitutionem, uxores detinebant; pœnitentes tamen, illas dimittebant. Caterum in penam decernit Summus Pontifex, quod non ascendant ad maiores ordinis gradus, continentia studium, & observantiam illis commendans; perseverantibus autem in vitijs, honore ecclesiastici privationem de presentia, & in posterum eis communitur. De materia agit *Petrus Crespetius in summa, verbo, celibatus, fol. 163. Solo de iust. lib. 7. questione 6. artic. 1. col. 3.*

2 **In text. ibi, Ignorantia se lapsos.** Collige nullam dari posse excusantem à culpa mortali, lapsum carnis per accessum ad mulierem, in ratione utentibus, nam quanvis rustici ignorent, crimen esse lethale satis est, quod rationem culpæ simpliciter intelligant, quam neminem latere apertum est. Ita *Corduba in question. lib. 2. quest. 17. cap. 3. allegans Adrianum: sequitur Sanchez lib. 1. decalogi, cap. 16. num. 11. Reginal. lib. 22. n. 19. ubi ait, ordinarie nullum ratione utentium excusari ignorantia saltem ad longum tempus post rationis lucem, & probatur, quia ipso naturali ingenij lumine constat, fornicationem esse culpam; ergo non potest dari ignorantia excusans à mortali. Antecedens est omnium commune. Consequentia vero inde firmatur, quia ut aliquis mortaliter peccet, satis est, quod malitiam advertat, nulla etiam facta examinatione qualitatis culpæ, quia & periculo illius se exponit, & virtute vult obiectum malitia mortali affectum. Sic *Vasquez 1. 2. disput. 107. in fine Zumel. 1. 2. quest. 74. artic. 8. disput. 1. & Sanch. citatus cap. 1. numer. 9. subornitur dehinc questio satis difficilis, an sciens criminis, non pœnæ, puniendus sit pœna legis communis statuente pœnam aliquam specialem, v. g. adulteris, furibus, &c. Quam ut solvam egrediar ad notatoris limites, & ideo breviter dico, sufficere scientiam iuris prohibentis, ut pœna incuratur, dummodo non sit excommunicatio. Priorem partem tenent multi apud *Covar. in cap. Alma 1. parte, §. 10. num. 9. & apud Sanchez. de Matrim. lib. 9. disp. 32. num. 20. quia pœna in damnum vocari debet illius, qui sciens prohibitionem, committit culpam; neque denderatur consensus in pœnam ipsam, quo ea incuratur. Vt bene probat *Covar. locatus supra 1. Posteriorem partem inculcat *Suar. tom. 5. de censuris disp. 4. sect. 8. per totam*****

ex peculiari ratione censuræ, quæ præviâ monitionem sub censuræ comminatione requirit. Sed ut hæc plenius percipiantur, consule citatos, & requisitas promulgationis conditiones ad notitiam culpæ, & pœnæ incurrēde invenies. Ad dicta, *num. 5. cap. 2. supra hac eadem distinctione.*

**In textu, ibi, Illiciti privilegij excusatione.** Quinimo si privilegium licitum foret, eo privarentur, cum illicita patrent, quia privilegium non dat causam delinquendi, *Glosa final, in cap. ad abolendam, §. Statuimus de haeret. lib. 6. Unde quam cito recidit ad iniquitatem, statim non valet. Glosa 2. in cap. rescripta 25. quaest. 1. & sicut privilegio dignitatis meretur privari, qui permissa abutitur potestate, cap. ubi ista, distinctione 74. ibi vide posita n. 7. & tertio pro ut in presenti honore privilegio se privaverunt clerici, *num. sequenti.**

**In textu, ibi, Ab omni se honore ecclesiastico privaverunt.** Idest dignitate, & gradu, ut series textus monstrat, & privilegio, iuxta *cap. Abbate de verborum significat. in fine, ubi Tandiu monasterium ipsum hoc honoris debeat prærogativa gaudere, donec ibidem viguerit: ubi honoris prærogativa privilegij esse testatur. *Suar. de legib. lib. 8. cap. 30. num. 16. Quereres ergo quodnam privilegium amittant clerici per matrimonij contractum? Duplici gaudent privilegio clericum in minoribus corruentem, nimirum canonis si quis suadente 17. quest. 4. & fori ex cap. 2. de foro competenti. Duplex item petitur conditio, altera, ut unicam virginem ducat, altera ut uestes clericales, & tonsuram deferat: & quacumque deficiente, privilegium deficit. Confirmat *Trident. sess. 23. cap. 6. de reformat. & additur tertia conditio, ut coniugatus alicui ecclesie ab episcopo deputatus inserviat. Unde clericus bigamatus aut semel cum corrupta si oriatur bigamia pro pro ut diximus ad cap. nemo num. 4. supra distinct. 32. & ad cap. maritum, dist. 33. privatur privilegio per dict. textum in cap. unico, non tamen quando post initum matrimonium cum virgine interpretative efficiatur bigamus, cognoscens mulierem notorij adulterij ream, quia conditiones petitas in dicto cap. unico utpote ducendo virginem, implevit. Senuit *Aufreyrus ex mente omnium decis. Tholosana 64. num. unico, & decis. 235. numer. 2. & 3. Julius Clarus lib. 5. receptarum §. final in pract. criminal. questione 36. num. 10. Anton. Cucus lib. 3. inslitu Maior. titul. 9. numer. 18. Fagninac. pract. crimin. titul. de inquisit. questione 8. numer. 8.****

**5** Ut autem privilegium fori amittat desideratur, quod tempore delicti bigamia contracta fuerit, nam si priori uxore defuncta, alia post delictum ducat, adhuc privilegium proderit, quia ad gaudendum foro spectatur tempus delicti admisi, l. i. ff. de pœnis Bald. in l. affinitat. in fine. Cod. communi success. & alij quos refert, & sequitur Barbo. l. Titia, 35. num. 33. ff. soluto matrim. Julius Clarus citata quest. num. 11. Tandem debet clericus deferre omnes vestes extrinsecus apparentes clericales, nec satis unam, vel alteram ex d. cap. unico, & cap. Si Iudex de sentent. excommunic. in 6. ubi in plurali petuntur vestes clericales. Covar. quasi pract. cap. 31. num. 7. vers. 2. & DD. ad Glossa d. cap. unici & Azor lib. 13. inst. moral. cap. ult. quest. final, & inferunt quod si vestis clericalis non lateat, quod exterior illam non cõtegat, adhuc firmum ei erit privilegium clericale, quæcunque alia privilegia clericalia amittuntur per matrimonium adhuc non consummatum, non tamen per sponsalia. Vide Sanch. de matrimon. lib. 7. disput. 26. per totam, & Campanile in decis. for. rubr. 11. cap. 12. num. 11. & deinceps.

**C A P. Presbyter. V.**

**S V M M A R I V M.**

- 1 Doctores qui textus meminere pro temperandis pœnis.
- 2 An clericus in honestus, & concubinariis deponi debeat? & num. 12.
- 3 Mitiùs agendum cum sponte confessis.
- 4 Sacra Eucharistia usus corda emollit.
- 5 Quis fuerit olim usus illius?
- 6 Vtrum liceat quotidie communicare?
- 7 Vtrum liceat absolvere invitum ne deterior fiat?
- 8 Pœnitentia non imponenda regula.
- 9 Pœnitentia imponenda regula.
- 10 Vtrum privatio communionis possit inferri in pœnam satisfactoriam?
- 11 Vtrum confessarius teneatur semper pœnitentias imponere, & pœnitens acceptare?
- 13 Vtrum uti sagimine possit, cui ovorum usus conceditur? Remissive.

**I**N textu. In quo temperato tēporis primævi Apostolorū rigore cõtra clericos, in honestos, volētibus pœnitere textatur modus, & pœnitentiæ tempus, notat Iacobus de

concilio lib. 7. art. 7. col. 4. fol. 499. Decian. tractat. crimin. lib. 6. cap. 23. num. 14. qui textus meminere, meminit etiam Palat. in repetitione cap. per vestras, §. 18. num. 17. ad medium de donationibus inter vivos.

**In textu, ibi, Debeat deponi.**

Ita tenuit, Archidiaconus in cap. notum 2. questione 1. Antonius de Burya in cap. At si clerici in principio, sequitur, & testatur communem Aretinus in cap. cū non ab homine colunt. 10. de Iudicijs, Decius post alios, qui eum referunt in cap. At si clerici in principio, num. 36. Menochae. successorum creatione, §. 22. num. 49. Julius clarus in §. fornicatio veri. sed quæro, adducentes pro hac opinione textum in cap. à multis, de etate, & qualitate, & cap. erubescant. 32. distin. & cap. si quis omnem 1. quest. 7. circa finem, vers. si quis vero. Receptor tamen est opinio asserens, quod non deponatur, quia pro fornicatione non debet adeo gravi pœna puniri, ut tenet Abbas in cap. At si clerici, num. 36. de iudicijs suspenditur tamen ab officio, & beneficio, ut notavimus in Glossa communiter recepta, vers. removeantur, num. 4. in cap. Maximianus supra dist. 82. & latè probat Barbara in d. cap. At si clerici col. 37. secuntur in specie Imol. ibi. num. 11. Felin. numer. 14. Decius nu. 36. plures limitationes huius doctrinæ videbis apud Gutierrez canonicatum quest. lib. 2. cap. 7. à num. 55.

**In textu, ibi, Sponte cõfessus.**

Mitiùs enim cum eo agendum est, quam si negans convinceretur. l. i. Cod. ne tutor, vel curator vectigalia conducatur. sed novo iure, & ibi Glossa de pœna iudicis qui male iudicavit, cap. ultim. & ibi Glossa de factis cap. inter corporalia vers. sane quoniam de translat. Episcop. cap. facilius in principio, & ibi Glossa de penit. distinct. 1. cap. non dicatis 12. questione 1. notat Glossa in lege non omnes, §. ultimo, ff. de re militari, l. quisquis in fine, Cod. ad l. Iul. magest. l. i. C. de ijs qui se for. voluit. Abb. in cap. At si clerici, ubi Felin. col. 2. Philip. Decius col. 4. in 6. notabili d. iudicijs, quin etiam sponte confitenti ac se ipsum deferenti omnino interdum parcitur, ut in l. edicto 13. in principio, ff. de iure fisci, l. in eos in fine, ff. custodia reorum, quibus stipulatur illud Fabij lib. 6. quo loco de alteratione differit. Nocet etiam diu pugnare in his, quæ obtineri non possunt, nam ubi vinci necesse est, expedit cedere, quia culpam præsertim deprehensam pertinaciter tueri altera culpa est. Eandem sententiam aliter expressit Plinius lib. epist. 4. ad Ursam epist. eius 9. Rem, inquit, manifestam inficiari auctoris erat crimen, non diluenteis, adsentit illud Senecæ, in proverbij, proximum, inquit, ad innocentem tenet locum verecundia, peccati confessio. Horatius denique memorandus, & ingeniosissimus poetæ lib. 1. carminum Ode 16. ut Tindaridem, quam læserat, conciliaret, crimen fatetur.

in 3. *Matre pulcræ filia pulchrior*. *Quem cunctinofis tumque volēs modum*. *Pones lambis*. *Plura per Tiraq. de panis temperand. causa 30. ubi nostri textus meminit numer. 1. adde posita ad cap. ult. num. 3. distinctione 24. & ad cap. 3. numer. 2. distinctione 50.*

**4 In textu ibi, Ne indurescat, patriceps fiat corporis, & sanguinis Domini.**

Collige hinc admirabilem sacre Eucharistia virtutem ad contemendam, & animi duritiem emolliendam. Si enim adamas ferratus laxat postes, & tamen durissimus lapis calido hircorum sanguine solvitur, quas non viscerum rupes, & saxea corda expugnabit validissimus Christi sanguinis? & nequis fabulosa putet, quæ de hircino sanguine, (cui rerum uni cedat adamas) memoriae produntur, memoratu digna sunt, quæ super hoc *Divus Cyprianus lib. de duplici Martyrio* differit, cum efferas nationes Romani nunquam frangere, vel domare potuerint, Christi sanguine indicat emollitas. *Qui natura causas, inquit, faculantur, narrant adamantiem, nulli chalybis duritiei cedentem, hircino sanguine maceratam, ictu mox malleo sum desilire.* Nullus autem adamas corde saxeo peccatorum durior est. Hoc igitur cor ferreum, cor saxeam, cor plusquam adamantinum emolliat sanguis Christi. Quæ omnia apud *Pierium Kal. lib. 4. Hieroglyph. de Adamante* invenies. Sed in rem nostram facit oraculum *Ezechiel cap. 26. auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, id est, inquit Hieronym. lib. 55. in cap. 3. Ezechiel, dabo cor carneum molle, & tenerum, quod præcepta Dei suscipiat, & multiplicabitur ei frumentum, de quo efficitur panis celestis, sacra, videlicet, Eucharistia, quæ insitam teneritudinem servabit.*

**5 De consuetudine vetustissima sumendi sacram Synaxim, pro multiplici eius fructu, quotidie in templo constat ex cap. 2. *Act.* & ex cap. peracta de consecrat. *distin. 2.* cui accessit (ex multorum opinione, quos refert *Vasq. 10. 3. in 3. p. disp. 214.*) præceptum Anacleti summi pontificis, in dicta cap. peracta ex canone 10. *Apostolorum*, quod firmare videtur *Clemens Romanus lib. 2. constitut. Apostolic. cap. 61.* quanquam de hoc præcepto *Apostolorum* non satis liquet ex locis citatis, quapropter *Turrecremat. Hugo, & Archid. in d. cap. peracta, & Suar. tom. 3. in 3. part. disputat. 69. section. 3. disput. 70. section. 2 & Alens. 4. part. quest. 51. memb. 2. art. 2. Hosius in confess. capit. 41.* sentiunt devotione fidelium præceptum præveniri, unde hic mos diu in ecclesia viguit. Postea verò cum pietatis studium labentibus annis paulatim adeo refrigisset, statutum est, ut ter quotannis, Natali scilicet, Domini, & Resurrectione, & Pente-**

coste omnes Eucharistiam sumerent, ut patet ex *Fabiano Papa epist. 2. cap. 4.* & habetur in cap. *si non. de consecrat. d. 2.* quod postea confirmavit *consil. Agathens. 1. capit. 18.* Refert autem *Brunhard. lib. 6. decreti cap. 19.* *Sylvestrum* Papam quosdam alios dies addidisse, quæ legem apud alium neminem reperiri faretur. *Suar. Socer. verò papa in cap. In Cena Domini de consecr. dist. 9.* præscripserat fidelibus communionem distinctam à Paschali, ut vult *D. Thom. 3. part. quest. 8.* Ad extremum autem re eo adducta, ut non modo salutaris præceptio servaretur, sed in plures etiam annos perceptio communionis differretur, decretum est in *Synodo Lateran. cap. 21. sub Innocent. 3.* ut semel ad minus in anno in Paschate fideles omnes factum Domini corpus acciperent, qui verò id facere neglexissent, ecclesiae aditu prohiberentur. Quod decretum renovavit *Trid. sess. 13. can. 9. & sess. 21. can. 4. & cap. 4.*

Circa frequentiam verò quotidianæ communionis ex devotione laicorum (nā de clericis diximus ad *cap. tenore 4. num. 5. dist. 31. & ad cap. si solus num. 1. dist. 8.* cum de illorum obligatione celebrandi egerimus) multa adducit *Ferdinandus Quirinus de Salazar in practica frequentia sacra communionis cap. 13.* & cum *D. Thom. 3. part. quest. 80. art. 10.* resolvit admodum salutarem, & fructuosum esse sæpius per annum sacram Synaxim iterare, ad hoc enim hortabatur *Sacra Dei ecclesia* multis in concilijs, & *Tridentino sess. 22. cap. 8.* Optaret *Sacra Synodus*, ut in singulis missis fideles astantes, non solum spirituali, sed etiam sacramentali Eucharistia perceptione communicarent, & idem tradit *Catechismus Pij V. p. 4. cap. 13.* & *Patres*, quos refert *Suar. tom. 3. in 3. part. disput. 69. section. 4. conclus. 2. & Innoc. lib. 4. de hoc misterio, cap. 42.* & *Scholastici*, cum *S. Tho. ubi proxime, & in 4. dist. 12. q. 3. & Vasq. tom. 3. in 3. p. disp. 214.* & ibi omnes multa referunt, quæ hanc frequentiam suadent. Vtrum autem is usus sit servandus omnibus quotidie? Non ita indistincte resolvi potest, sed consideratis prius *D. Tho. verbis*, qui ait, duo oportet advertere, unum ex parte sacramenti, utrum hominibus virtutem conferentis, respectu cuius est salutare ipsum quotidie sumere, aliud ex parte sumentis, in quo requiritur, ut cum magna devotione, & reverentia ad hoc sacramentum accedat; & ideo, si aliquis se quotidie ad hoc paratum invenerit, laudabile est, quod quotidie sumat, sed quia multoties in pluribus hominum multa impedimenta huius devotionis occurrunt, propter corporis indispotionem, vel animæ, non est utile omnibus hominibus communicare. Conclude cum *Suar. citato unam regulam certam dari non posse, quæ omnibus expediat, sed pro diversitate statuum, & morum id proderit arbitrio definiendum.*

qua de re consulant cōfessarij præter Gersonem, Dionysium Carthusianum, Ludovicum Blossum, & Ioannem Rusbroquium, Aviam in epist. de hac materia fr. Ludovicum Granatens. in memorat. & Ioannem de Arias Societ. in libello de utilitate Confess. & Communi, & Christophorum de Mattiis de eadem utilitate, & Ludovicum de la Ponte tom. 4. operum suorum, & Alphonsum Rodrig. tom. 2. & alios, quos refert, & sequitur Salazar citatus, §. 3.

7 In textu, ibi, Ne indurescat particeps fiat. Communis fert sententia invitum posse absolvi excommunicatum, non à culpa, sed à censura, ita doctores in Glossa, cap. significasti, verbo, si petierit, de eo qui duxit in matrimon. quam polluerat per adulterium, Ioannes Calderinus, quem refert Panor. in cap. ab excommunicato de rescript. nu. 20. & in d. cap. significasti nu. 7. summa Assens. part. 2. lib. 7. tit. 14. quest. 1. Felin. in cap. Apostolica, num. 2. de except. Marian. Socin. in cap. sup. eo 2. num. 4. & 5. de sentent. excommunicat. & in cap. super dubijs num. 17. tit. eodem. & lib. D. Anton. 3. part. tit. 24. cap. 77. Sylvest. verbo, Absolutio 3. dub. 6. Angelica, verbo, Absolutio 3. nu. 7. Tabiena, verbo, Absolutio 2. n. 19. §. quaritur decimo 4. Vgolin. de censur. tab. 1. cap. 10. §. 2. & Sayrus lib. 2. Theaur. cap. 20. n. 5. ubi cum Henric. lib. 13. de excommunicat. cap. 29. §. 1. & Suar. de censur. disp. 7. sect. 7. nu. 5. ad D. Thom. quest. 2. artic. 1. cum alijs Theologis in 4. dist. 18. citat, & notat Iason in l. quod iussit, numer. 8. ff. de re iudicata, & Palac. in rep. cap. per vestras, §. 18. numer. 17. de donat inter vicum, qui noitri textus meminit, asserentes excommunicatum si sponte absolvi noluerit, posse compelli, ne indurescat, quod absolutio nem recipiat. Ratio conclusionis est, quia censura est pœna, & non culpa, & ideo in invitum fertur, ergo eadem ratione tolli potest invito eo qui absolvitur, culpa vero non nisi voluntate committitur, ergo non nisi, qui se se voluntarie subdit poterit absolvi. Sed adverte, quod censura, vel est à iure, & præscripto modo procedendi, tunc si excommunicatus perseveret in culpa, & contumacia v. g. hæresis, & alijs, non poterunt inferiores à Papa absolvere, sed procedere, ex quadam interpretatione, & epicheia, vel est ab homine, qui si videat saluti expedire, nec esse præiudicium tertij, nec fructum à tali censura sperari, nec scandalum, aut contemptum censurarum gigni manente contumacia, prudenter poterit relaxare censuram, & absolvere. Vide cit. Suar. n. 11. & 12.

8 In textu, ibi, Eadem quoque pœnitentia. Spatiosus se offerebat campus, in quo late discurrem, perquirendo singulas peccatorum pœnitentias imponendas, sed ne novum opus exordiamur, cum ad finem properamus, ea tantum trans-

currere curabimus, quæ prudenz loco syderis interseriant, & prudentiz loco sydus affulgeat. Sit ergo primus inspiciendi radius, ne pœnitentia inepte imponatur, veluti magna elemosina viro pro ratione status pauperi, aut proluxa orationis homini continue occupato, aut ieiunium assidue laboranti, aut austeritas delicato, in altiori dignitatis gradu constituto, aut aliquid quod dedecet ab ipso impleri; aut quod periculum habeat, ut scemina nullo comite, aut cum illo longinque peregrinari, aut melencholicum, & primum in desperatione uti pane, & aqua, & omnes recreationes etiam honestas vitare; etenim pœnitentiz non tantum proportionate numero, & qualitate peccatorum esse debent, ut inquit Henricus lib. 5. summa cap. 21. §. 6. Sed etiam dispositioni personæ, ita ut de vior ei imponatur, qui magna cœntionis signa ostendit, aut qui infirmior appareat, aut de gravioribus nihil impleturus videtur, nec fervecioribus magna, ne sub onere importabili gemat. Vnde patet magnam requiri confessariotum prudentiam; Ad Navar. in Manuali cap. 26. num. 15. & sequentibus. Sol. in 4. dist. 20. quest. 2. art. 3. conclus. 2.

9 Secundus confessarijs radius oritur, ut pœnitentibus contrariam peccatis pœnitentiam imponant, ad refecandas eorum radices, & occasiones ocludendas, iuxta cap. Satisfactio de pœnit. dist. 3. utpote luxurioso ieiunium, macerationes, & verberationes corporis, superbo humilitatis opus ex cap. 1. de pœnitent. dist. 2. Avaro elemosina, &c. ex cap. 1. de pœnitent. dist. 2. Hoc semper unum præ oculis habendo, ut pœnitentiz sint in vindictam, & medicinam peccatorum. Ita ex D. Thom. tradit Iacobus de Grassijs part. 1. lib. 1. decisionum aurear. cap. 31. n. 7. Reginaldus lib. 7. cap. 4. num. 33. & deinceps, & Polancus in direct. cap. 2. art. 4. Ex quibus colliges, non fore inutile scire canones pœnitentiales pro arbitrandæ satisfactione, quos refert Reginaldus iuxta ordinem præceptorum decalogi num. 54. ex inde enim commodior usus, uti nã felicior eruat, cōsule item Suar. de pœnitent. disp. 38. sect. 4. §. 6. ubi invenies, non eandem esse peccatorum pœnitentiam iniungendam, sed qua medicina paratur, & delictum puniatur, iuxta Trident. sess. 16. c. 8. doctrinam præcipientis, ut satisfactio imposita, non sit tantum ad novæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem.

10 Quorum verborum occasione suboritur questio, an possit interdici pro pœnitentia satisfactoria sacra communio? Et ratio dubitandi est, quia ex Trid. pœnitentia debet esse in vindictam præteritorum, & preservativa futurorum. Atqui tantum abest, ut in futurum præcaveat non usus, quod potius hoc sacramentum

fit tibus animarū, & antidotus, quo liberamur à culpis quotidianis, & à culpis mortalibus præteremur. *Urb. sess. 13. capit. 21.* ergo differre communionem non erit medicamentū præseruativum, imò illorum ruina. Deinde, quia in vindictam non debet infligi quælibet pœna, sed opus bonum, quod sit in satisfactionem meriti supplicij, abstinere autem à cōmunionē, & illam differre, nihil bonitatis habere videtur, & aliunde impeditur satisfactio magni momenti per communionem, qua applicatur recipiēti mundantissima Christi satisfactio, ut pœnæ condonari possint. Dicendum tamē est, ex communi ecclesiæ sensu bene posse interdici sacram Synaxim in partem satisfactionis. Ita tradit *Salazar citatis cap. 14. §. 1. & Suar. citata disp. 69. sect. 4. conclus. 3.* ubi affirmat, posse eiusmodi frequentiam differri propter aliquā occasionē, id tamē esse debere rarū, & extraordinariū, nec in lōgū tēpus, ut plus nocere, quā prodesse comperiat, iuxta illud *Psal. 101. percussus sum, ut fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.* In quorū explicatōnem, non absre fore affirmat *Lorinus* differre de frequenda Eucharistia, allegans *Christophorum Madritam, & Pepinum ser. 72.* Ratione verò probatur. Quia ecclesia ex antiquissimo usu in pœnam aliquorum criminum, cōmunionē privavit delinquentes, ut patet ex *cap. relatum de consecrat. dist. 2. & ex cap. Accidens. dist. 50. & ex cap. de his dist. 12. & ex cap. unico 31. quest. 3. & ex cap. latorem, & cap. admonere 33. quest. 2. & cap. de viro 12. quest. 2.* ergo rectē ea pœna imponitur. Secundo, quia ea dilatio est opus bonū affligens animum propter illam privationem, quæ cum sit ex obedientia, & subiectione, non parum utilitatis, seu meriti habet, quod nō reperietur in illius omissione voluntaria, seu ex desidia, de qua fortassis loquitur argumentum in contrarium. Tertio in hac privatione reperitur remedium præservationis; nō est enim negandum eo gravius iudicandum supplicij, quo gravior est illius pœna, sed ex usu ecclesiæ pro atrocioribus criminibus, ea dilatio, & negatio cōmunionis imponebatur, ut ex textibus, alijsq; cōciliorū sactōnibus cōstat, ergo, & præcavendo in futurū, & vindicādo in præteritum inservit; adhibita *Suarij* moderatione. Addo insuper pro pleniori obiectōnis satisfactione in solatium eorum, qui cōmunionē privantur, quod quanvis eo maximo bono careant, alio non modico afficiuntur; præstantes, ut debent, obedientiam confessarijs supremis in illo foro iudicibus, dū modo sic vivant, ut quotidie mereantur accipere iuxta *Amb. lib. 5. de sacrament. capit. 4. relatum in cap. Non iste panis 56. infra de consecratione.*

11 Aliud supererat dubium non contemnendum. An teneatur confessarius semper iniun-

gere pœnitentias, & pœnitens illas acceptare? Quod quia paucis exsolvi non potest, sumarie dico. Vtrumque licite fieri posse, dummodo pœnitens sit impotens, & propinquus morti, vel intelligatur satisfecisse pro peccatis, vel eius non sit aperta malitia, nec medicinæ necessitas, & alias sit paratus obedire, & bene affectus, & pietatis studiosus. Cætera sigillatim discursu videre poteris apud *Suar. tom. de pœnitent. disput. 38. sect. 4. & 7. & Reginald, & Sūmillas,* qui omnes hanc attingunt. Vnum tamen moneo, magno opus esse confessarijs prudentiæ præsidio, ut pœnitentiarum præscriptiones metiri queant, ne levi flamine ducti, terrenum æquor navigantes naufragari compellantur.

### In Gloss. ibi, Nisi in ea perduret. 12

Ergo deponendus erit clericus propter continuationem in concubinato, & fornicatione, per nostram Glossam, quam sequitur *Duenus regula 101. limitatione 4.* Contrariam tamen opinionem sequitur *Gutierrez lib. 2. quæstion. canonicarum cap. 7. num. 58.* concludens tamen, quod veniet augenda pœna suspensionis, respectu amplioris temporis. Tu vide quæ diximus in *cap. Maximianus, num. 4. supra distinctione 81.*

### In Glossa, ibi, Sagimine. Cōtrovertit. 13

Glossa utrum possit sagimine & lardo uti ille, cui ovorum usus conceditur, de quo vide per *Corsetum singul. comun. verbo, caro. Vivaldum in aureo candelabro, cap. 15. num. 36.* qui uterq; nostræ Glossæ meminere. Latē *Azor insit. Moral. lib. 7. part. 1. cap. 10. vers. Secundo queritur,* ubi nostræ textus meminit.

## DISTINCTIO. LXXXIII.

### IN SUMMA.

#### SUMMARIUM.

- 1 Vtrū medici teneatur gratis pauperibus mederi?
- 2 In vitis agrotis medicina, & servis libertas conferri potest.
- 3 Vtrum medicus pro curatione agroti invitæ expensas possit exigere?
- 4 Quodnam sit signū furoris; medicis non obtemperare?

IN Gloss. verb. inferas, post principij, ibi, Dico quod tenentur.

Docet

Docet *Glossa*, quod tenentur medici gratis mēderi pauperibus agrotis, quam dicunt singularem. *Navar. in Manual, cap. 25. num. 64.* & *Tiraquel de nobilit. capit. 29. numer. 44.* *Andreas Isernia super 3. Constitut. Neapolitan. §. in terra qualibet sol. mihi 117.* *vers. Ioannes Andreas, & Butrius in cap. ad aures, de etate, & qualitate, Lucas de Peña, in l. Archietri in princip. Cod. de professoribus, & medicis lib. 10.* *Felinus in cap. 1. de officio iudic. Adrianus in 4. de correctione fraterna propositio. 1. in solut. quest. 1. principalis, Navarrus iterum in principio de panit. dist. 5. part. 3. num. 14. no, tra Glossa meminit.*

**2** In eadē *Glossa*, ibi, **Repetat expensas.** Potest igitur Medicus agrotum invitum, & repugnantem curare, in quam rem appellat *Romanus singul. 123.* *Glossa* hanc singularem. *Antonius Corsetus in singularibus, verbo, Expensa, vers. Tu habes.* Sic alias servo invito, & reluctanti potest libertas conferri *l. ult. §. Si verò, & ibi Bald. Cod. de manu missis testamento.* Facit optimè textus, in *cap. ipsa 22. quest. 4.* & ibi *Glossa* verbo, si duo. Post alios idem *Tiraquel. de nobil. cap. 6. num. 37.* Nec obstat textus in *regul. invito, de regul. iuris*, ubi habetur, quod invito non confertur beneficium. Nec obstat, *l. pen. ff. de pactis, & textus in cap. statutum de regularibus*, in quibus dicitur, posse unūquemq; favori suo renunciare. Nō obstat, in quā, quia servus tenetur cōdonatam accipere libertatē; nā interest reipublicæ liberos habere homines, cuius publicæ utilitati nemo particularis renunciare potest, *l. ius publicum, ff. de pactis, cap. cum contingit. de sentent. excommunicat. cap. si diligenti, de foro competent. Quæ iuris dispositio deducta videtur ab ea consuetudine Exod. 21. vers. 6. Deuteron. 15. num. 16. & 17.* qua perforari præcipiebatur auris eius, qui manumissus post annum sextum, servire adhuc volebat toto vitæ tempore, & in pœnam non acceptatæ libertatis usq; ad annū iubilæi servus fiebat; postea vero leges libertatem vendicantes reipubli. eam servis cōdonatam acceptare fecerunt. Ad alia iura respōdebis per adducta in contrarium.

**3** Poterit tamen medicus repetere expensas etiam si agrotus decesserit, ut tradit *Glossa* in præsent. quam multum extollit *Barbat. in rubr. de solut. ante finem.* Præter alios, *Tiraquel. citatus de retract. convention. §. 7. Glossa 1. numer. 10.* & de nobilitat. citato, *cap. 6. numer. 31.* *Adrianus allegatus in 4. sentent. ubi de correctione fraterna disserit proposit. 1. in solut. 1. q. princip. Navarr. relatus in Manual. cap. 25. n. 64. in fine, ex mēte omnium affirmat, iuxta præsentem Glossam, & cap. Pasce infra dist. 86. dicens intelligendam de eo, qui velle quidem curari, sed ob avaritiam, non querit medicum, existens in magna opis necessitate, & tunc, si medicus medeatur illi, post mortē, aut*

curationem poterit exigere stipendium. Sic etiam qui solvit pecuniam pro liberando vinculis detento, poterit postea obtenta libertate pretium repetere, ut docet *Tiraq. in d. c. 6. nu. 39. §. 1. Instit. quibus modis re contrahitur obligatio.*

**In Glossa eadem ad finem, ibi, Præsumo furiosū.** Collige hinc, quod si quis agrotet, & nolit medico obtemperare, manifestum signū furoris esse: cum *Alciato ex nostra Glossa in l. sancti n. 4. C. de transacionibus*, tradit *Alexander ex mente Speculat. in l. apud Iulianum, §. constat. ff. de legatis 1. Franciscus Mantica de comest. ult. volunt. lib. 2. tit. 5. n. 12. vers. sextum, & Maranta in l. 15. potest. nu. 128. ff. de acquirend. hered. Ferret. consil. 207. post num. 12. vers. 7. Placuit Iasoni in l. furiosum. num. 4. vers. si infirmus. C. qui testament. facere possunt, Mascard. de probationibus vol. 2. conclus. 826. num. 23.* qui nostrā refert, & sequitur *Glossam*. Referam in cōfirmationem quod *Petrus de Ravenna in suo Alphabeta, verbo, furor, & Laurentius Surius in vita D. Ioannis Gualberti*, refert, illum sanctum prohibuisse orationem fieri pro quodam monacho defuncto, qui cum esset infirmus; noluit accipere medicinam. Tradit alia *Mescua de potest. in se ipso lib. 2. cap. 7.* Quam tamen coniecturam intellige procedere, si testes deponant, hoc fecisse agrotum, furoris causa, aut more insanorum, prout egregie explicavit ipse *Alciatus in 2. reg. præsumpt. 38. in fine*, quæ sequitur *Mantica* ubi proxime Colligitur ex not. ab *Alexand. in l. 51. c. adorem, §. Si maritus post num. 7. ff. solut. matrim. late Tiraquel. de nobilit. cap. 31. numer. 397.* qui multos refert.

**CAP. Siquis I.**

**SVM MARIVM.**

- 1 Munera accipiens, venalem exponit iustitiam.
- 2 Sunt restituenda danti pro conservatione iuris sui.
- 3 Cuiam restituenda, pro sententia iniusta, acceptata? & num.
- 4 Venales sententia sunt nulle, remissive.
- 5 Non precibus, sed legibus flectendus iudex.
- 6 An precibus importunis acquisita, sine obnoxia restitutioni.
- 7 Precibus importunis extorta licentia, est violentia?

**I**N textu, ibi, Pretio interve-  
niente.

Eleganter munera dicuntur pretium, quibus affecti iudices & prelati ad peccata subditorum connivent, eo enim ipso, quod quilibet illorum introcuntibus muneribus aditum aperit, iustitiam occludit, & venalem proponit, nec poterit virgam attollere, ut percutiat, nec deprimere, ut sublevet. Exod. 18. num. 21. & textus optimus in cap. Episcopus, 11. questione 3. per totum, & cap. statutum 2. de rescriptis lib. 6. nam Iudex cupidus cito vendit iustitiam ait Plinius lib. 4. epist. cum de Junio Casso sermo incidere. Melius in cap. pauper, 11. questione 3. & l. solent, §. fin. ff. de offic. proconsul. & l. plebscit. ff. de offic. praesid. Vnde ne alieno iurgio iudices sibi praedam facerent l. omnes cognitores 3. Cod. ad leg. Iulii. repetun. iuramento adstringebantur, ne praeter salaria quidquam caperent l. Sancimus Cod. eodem titul. & §. Oportet de mandatis principum in Authent. ut iudices sine quoque suffragio collat. 2. in Glossa, verbo, periculum, & in novellis Iustiniani constit. 15. ut omnes privati praesidibus subijciantur, & constit. 21. de offic. rectoris provinciae. Meminit etiam iuramenti Helias. iudicum Demosthenes contra Timocrat, & aliorum magistratum Pollux lib. 1. onomast. Plutarchus in Solone, Heraclides de politica Atheniens. Lege Iacobum Simancam de repub. lib. 6 cap. 3 & 4. Ex quibus colage, quod si ius civile execrandam auri famem sacramento extinguere, & tot alijs cautionibus attetavit, ne in litia violaretur, l. si remunerandi 6. & l. salarium, 7 ff. mandatis, vel contra. & l. si contra 20 Cod. eodem titul. & l. litem 15. Cod. de procurator. quo non amplius execraretur ecclesia perniciosum genus hominum lites venditum, & turpem quantum per dissimulationem vitiorum investigantium, & abominabilem negotiationem a loco sancto deturbaret? Ad divina oracula, & sacros Canones, ubi hac de re plura invenies.

**2** Multiplices in hanc pretij deteriorationem pro sententijs ferendis veniebant quaestiones, sed tramitem inoffensum observans illam referam, quam Navar. lib. 5. consil. de iniurijs, & damno dato consil. 2. tetigit de iudice, quem rex misit ad formandos processus contra latrones, & eorum factores, cum expresso mandato, ut consanguineos a patria in exilium expellat. Qui tamen minister oblatam sponte pecuniam a parentibus accepit, certo sciens, eos non esse in culpa, & eorum iam miseris ruinam. Peccabit ne, & restituere tenebitur? Respondeo non peccare parcendo pro foro animae, quia mens principis praesumitur esse, ne sit patrociniis latronibus, quibus nullum forebat consanguinei; & idcirco, non sunt damnandi in fontes. In accipienda autem pecunia, peccavit, quia accepit pro eo, quod in foro conscientiae

tenebatur facere, & tenetur restituere eis, qui dederunt: quia qui male accepit a bene dante peccat, & tenetur ei restituere iuxta l. ut puta 2. & l. ubi autem 3. & l. idem 4. & l. ult. ff. de conditione ob turpem. Expressius resolvit idem Navar. & Latius in manual. cap. 17 n. 39. Farinacius in praxi criminali, part. 3. q. 111. nu. 116. & doctores in Glossa in cap. cum ab omni 10. de vita, & honest. cleric.

Cui autem fieret restitutio, si sententia foret iniusta? Non satis liquet; nam alij facultatem retinendi faciunt iudicibus, donec ipsi damnentur; quos sequitur Lessius de iust. lib. 2. cap. 14. dub. 8. n. 52. usq; ad 61. Alij in eo casu servat dari dominium, nec abdicatum iudicant, donec per iudicem finiatur, quos refert Reginal. lib. 10. nu. 190. Navarra lib. 4. de restit. cap. 2. nu. 146. Tu vero posteriorem, sine fundamento ne iudices, dummodo priorem communiorem censeas.

Quod autem venales sententiae sint nulla ipso iure ex l. venales Cod. quando provocare non est necesse, cap. cum ab omni, de vita, & honestate clericorum & Glossa ult. & Panormit. ibi num. 7. Bart. l. 1. Cod. de pena iudicis num. 5. apud nostros Ordin. Reg. lib. 5. tit. 71. §. 5. & lib. 3. tit. 75. nu. 7. apud Hispanos l. 13. & 24. in fine, tit. 22. part. 3. Aviles ad cap. 1. pratorum verbo, donacion. nu. 6. Farinac. in praxi crimin. part. 3. questione 111. num. 197. Riccius in collect. decis. part. 5. collect. 1499. Menoch. de arbitr. casu 443. numer. 6. Menach. usufreq. cap. 37. Rebuff. de reprob. restitum, num. 405. Peregr. de iure fisci lib. 7. tit. 4. num. 5.

**I**n textu, ibi, Precibus. Hinc infer non re-  
cté se exorandum precibus finire cum, cui animarum cura incumbit, quominus potestate muneris sui vitia subditorum impugnet, si non expugnet; quia ruere cernitur quaelibet ex tribus requisitis in iudice, & praesule virtutibus Psal. 6. vers. 12. Prima, quod sit iustus. Secunda, quod sit patiens. Tertia, quod sit fortis, idest constans, & firmus, ita ut valeat irrumperé iniquitates, nec faciem potentis, vel potius acie petentis extimescat. Quem enim aequitas habebit progressum, aut cuius flagitij non efflagitabunt impunitonem preces, si praeses non obsistat? cum assidua, & in eorum importuna patrociniis occurrant. Patet autem ex l. 1. Cod. de petitionibus bonorum, imperatores ipsos inverecunda petentium inhiatione constringi, ut etiam non concedenda concedant. Et in §. Consideremus in Authent. de trient. & semiss. Erubescit imperator, quod propter crebras preces, & flentes petitores semper aliquid clemens definiat, & iniuste cum lege agat. Quid ergo reliquorum praesulum laevam clementiam, non extorqueat, si torqueant improba, improborum preces? Sciant tamen magistratus, & praepositi in sua ipsorum viscera conversam esse dexteram, ut sic hoc unum dent omnibus, ex lege habere reme-



remedium d. §. Consideremus citat. in Authent. de  
 erente, & semisse. Adde posita ad cap. de clerico 37.  
 numer. 3. supra distinctione 50.

6 Precibus acquisita importunis, ita ut con-  
 cessa obtineantur propter vitandam molestia,  
 sunt restituenda concedenti. Est sententia,  
 Navar. in Man. cap. 16. numer. 17. Sylvestr. restitu-  
 tio 2. vers. 9. Ludovic. Lopes 1. part. astruc. capit. 96.  
 §. At quanvis, Lesf. de iust. lib. 2. cap. 17. dub. 6. nu-  
 mer. 48. & aliorum, quos citat, & sequitur San-  
 ches lib. 4. de Matrimon. disputat. 10. numer. 4. Fun-  
 damentum est, quia iniuriam facit, qui alteru  
 tali modo affigit, & nullum ius rei sibi acqui-  
 sivit, precibus importunis acceptę cum potius  
 extorserit, quam impetraverit, & per vim eli-  
 citur ille consensus a retinente, qui ut mole-  
 stiam depellat, & vexandi finem faciat consen-  
 tit. Quod tamen limita, nisi qui precibus ur-  
 getur, post eam importunitatem, & fatigatio-  
 nem, alio minore incommodo vitare, si enim  
 posset, nec coactus, nec invitus diceretur, ut  
 deinde putetur invitus cupere sibi fieri resti-  
 tutionem, nam multi donant inviti, & facilli-  
 me condonant ex Lesfio citato.

7 Collige ex conclusione, non excusari Reli-  
 giosum a vitio proprietatis, si extortam habeat  
 a prelato precibus importunis licentiam obti-  
 nendi, & recipiendi aliquid, quia ea non est  
 licentia, sed violentia, ut dixit Bernard. de confid.  
 ad Eugeniu, & Peres in addit. ad segutam. l. l. §. Si vir,  
 n. 128. ff. de acquirenda possess. dixit in simili non  
 esse legitimam licentiam contrahendi, si obti-  
 neatur precibus importunis. Similiter quando  
 religiosus se dicit paratum relinquere omnia,  
 quae possidet ad iussum superioris, fundendo  
 alias murmuraciones, & preces, & querelas,  
 ita ut superior, non audeat contradicere, tacet-  
 que, ut vitet maius malum. Religiosus praeter  
 scandali, etiam violati paupertatis voti peccatu  
 incurrit, quia ea non est licentia sed permissio  
 coacta. Ita Navarra lib. 3. de restitut. cap. 1. in nova  
 edit. part. 3. dub. 1. num. 161. & Turrecr. in cap. non  
 dicitis 11. quest. 1. nu. 9. & Navar. ibi nu. 54. qui ex-  
 plicat doctrinam Hugonis dicentis, taciturnita-  
 tem prelati non excusare a vitio proprietatis,  
 scilicet taciturnitatem ex consensu permissi-  
 vo, non approbante. Sequitur Carthus de profess.  
 monast. lib. 1. art. 11. Corduba q. 54. fol. 139. col. 2.

CAP. Memo. II.

SUMMARIUM.

Gravius nocet sacerdotis, quam Laici  
 peccatum.

2. An soli prelati teneantur corrigere  
 fraternę?

3. An liceat subditis arguere prelatos, &  
 principes.

4. Negligens prelatus quare dicatur im-  
 pudicus canis?

**I**N textu, ibi, Nocet in ecclesia  
 Dei amplius.

Collige ex textu pecca-  
 torum inequalitatem, &  
 graviter argeri ex pernicioso, alijs illato per  
 exemplum, nocimento, quod in simili probat  
 D. Thom. 2. 2. questione 186. artic. 10. de religio-  
 so gravius peccante, quam seculari propter  
 scandalum, quia ad vitam eius plures respiciunt, ubi  
 DD. & eius interpretes. Vnde August. serm. 163. de  
 tempore quantiscumque ait, exemplum mala conversa-  
 tionis, etiam si eum illi non sequantur, praebuit: protantis  
 se malis rationem noverit redditurum Sacerdos. Qua-  
 propter necesse est, ut is, qui praest, solerter  
 attendat, se tantis vivere, quantis pigeat. Nam  
 Plato, & Aristoteles, & omnis sapientum tur-  
 ba in interitum itura, plus ex moribus, quam  
 verbis Socratis traxit; dixit Seneca ad Lucillum,  
 Cuius rei rationem haurio ex fonte crysalli-  
 no D. Thom. 1. 2. questione 34. art. 1. in medio corporis,  
 quia in operationibus, & passionibus humanis  
 experientia plurimum valet, & aliunde ad de-  
 lectationes cu homines sint proclives, exem-  
 plo operu fiunt procliviores, praetermissa ver-  
 boru doctrina, & ideo est quod homines ma-  
 gis credant in hac parte oculis, quam auribus,  
 iuxta illud Horatij de arte Poetica.

Segnius irritant animos immissa per aures.  
 Quam quae sunt oculis subiecta fidelibus.

**I**n textu, ibi, Redarguere nul-  
 lus praesumit.

No colligas solum prela-  
 tos obligari praepro fra-  
 ternę correctionis adhibendę, ut perperā tradit  
 quaedam Glossa in cap. si peccaverit vers. & sic 2.  
 quest. 1. Quia communis tenet sententia alios  
 praeter prelatos teneri ad corripiendum erran-  
 tes cum D. Thom. 2. 2. quest. 33. artic. 3. ubi inter-  
 pretes, & Sotus de ratione tegendi secretum memb. 2.  
 quest. 3. & Corduba in annot. ad eam q. Soti, Navar.  
 in Man. cap. 24. num. 12. argumento capitis novit de  
 dicijs, notabili 4. Morl. in emporio iuris p. 1. tit. 2. qua-  
 stione 3. Grassijs in decisionibus aureis part. 1. lib. 2. cap.  
 69. Frat. Bernard. in tractate de correct. fraterna  
 Gerson. part. 2. titul. de correct. fraterna Philarch.  
 de officio sacerdot. tomo 1. part. 2. lib. 4. cap. 14. & alij,  
 quos refert Sanch. in Decalogo tom. 2. lib. 6. cap. 18.  
 Fundamentum est, quia omnes tenemur suc-  
 currere proximoru necessitatibus corporali-  
 bus ex praepro charitatis, positis certis circū-  
 stantijs; sed maior est necessitas spiritualis; ergo  
 maior

maior erit obligatio subsidij correctionis fraternæ: positis certis circumstantijs. Prima quod speretur emendatio proximi, aut saltem, ne fiat ipse deterior. Secūda quod peccatū sit, aut certe constet periculum eius. Tertia quod absque notabili damno salutis, honoris, famæ, & fortunarum corrigens fiat correctio. Pro quibus consule *Innocent. & Panorm. in cit. cap. novit. de iudicijs, & Turrecrem. in cap. si peccaverit. 2. quæst. 1.* & ex illis colliges strictius obligari prælatos iuxta *cap. Tum sacerdotes 24. quæst. 3. & ex cap. providentium & cap. consentire infra hac eadem distin. & cap. facientis infra distin. 86.* quia & ex præcepto charitatis, & ex proprio munere subditis debent opitulari: Vtrum autem hæc obligatio sit iustitiæ, vel misericordiæ? Adde *Sotū citata relect. num. 2. quæst. 3. conclus. 3. Caiet. ad citatum D. Tho. artic. 2. in respons. ad 4. Vasquez. 1. part. disputat. 85. cap. 6. & fidelitatis tantum esse cōcludes.* Adde posita ad *cap. si rector 1. num. 1. & 3. & ad cap. final. num. 1. supra distin. 43.*

3 Sed adhuc rogabis. Num subditi teneantur præcepto corripiendi prælatos? Distingue quæstionem, vel esse iudicando potestate iudicaria vel charitatis Zelo. De primo corripiendi modo nemo dubitabit, quin subditi à præcepto eximantur, imò abstinere compellantur. De secundo autem tenent omnes, teneri subditos, prælatos reprehendere: Ex *Matt. 18. & Ecclesiastici 17. nu. 12.* ubi *Deus mandavit unicuique de proximo suo,* sed prælatus est proximus, ergo de eo cura charitatis data est, & probatur quia quilibet tenetur corrigere aliū in delicto cōmitēdo *Ducū. reg. 99. verū fallit secundo Emmanuel in summa tom. 1. cap. 80. num. 3.* ergo à fortiori subditus tenebitur ob peculiare debitum, & obsequiū quod prælatis referre debent inferiores. Humiliter tamen fiat admonitio, sed aliquando graviter sunt obiurgandi, si peccata sint publica, & scandalum ingerant, & necessitas occurrat, ne culpa liberior grassetur. Sic consiliarij Principum austero moniti debent à vitijs, & erroribus in rēpublicā trāsferre Reges, si habenas laxent regiminis, quod in *Alphōso 4. Lusitania 7.* videre est apud *Antoninum Vasconcellū Societ. Iesu,* ubi refert consiliarios sine ambagibus, & palā monēdum regē suū existimātes ipsū adijisse, & liberis verbis revocasse in administrandum sollicitē suæ reipublicæ munus, & inde rex (cum ira deferbuit, illa enim percitus aliquandiu dubitavit) obsequium regium maxime collineavit, fidos atque in primis obsequiosos illos sibi clientes habere cœpit. Hos illa tempora conciliarios (quos nostra ætas respicit, utinam aspiciat assentandi nescios, ferebant.) Succedit *textus in cap. Paulus 2. quæstione 7. & doctrina August. velata à D. Thoma 2. 2. quæstione 103. artic. 4. ad 2. & Glossa ad Galat. 2.*

*Petrus, inquit, exemplum maioribus præbuit, ut sicubi rectum fore tyrannem reliquissent, non dedignentur etiam à posterioribus corrigi, lege Caiet. ad citatum D. Thom. & Reginald. lib. 4. sectione 1. numer. 330. & Turrian. 2. 2. disput. 88. dub. 1.*

In textu, ibi, Dicendum est canis impudicus. Mathematici impudentem litigatorem ostensuri, duobus Zodiaci locis canino capite hominem statuunt; secundo, scilicet, Arietis gradu, & Capricorni. 17. & *Pierius Valer. lib. 6.* dum educati canis in Ægyptiorum adytis significatum esse impudentiam, de ea se loqui profiteretur, qua quis fretus pro iustitia, vel pietate audeat unumquemque, vel ex potentioribus hominem erroris admonere, vel impunitatis arguere, dumodo spes profectus fulgeat, nec importuna temeritas in vitium prolabatur. Quomodo ergo negligentis, & muti episcopi nota, erit impudentia canis, si pro religione pugnat, quam potentes oppugnant? Sed observandum ex peritioribus arcanorum exploratoribus, non unum, sed varium, & multiplicem esse petulantis canis significatum, modo boni, modo mali quidquam in hieroglyphicis præferentis, nam veterum quorundam sana interpretatio est, canem mutum ad refellendos perversos doctores *Isaia 56. numer. 10.* petulantem dici posse: præter alia, quæ videri possunt in *Petro Berchorio in diction. morali,* verbo, *Canis,* & in *reductorio lib. 10. capit. 12.* & in *Ioanne à Sancto Gemignano auctore Sylva allegoriat. & Maurij Hibernici dictionario sacra scriptura,* & *Ioanne Ferdinand. in eiusdem Thesaurō,* apud quos etiam impudentis canis est, palam inhonestiora naturæ opera exercere, itidem sectarium, qui escam offert; quapropter latratus suos à feris, & à furibus ad fideles terræ, & mansuetos convertit, & omīssa ira, paceque composita, morigerum admodum canis ingenium prælatus imitatur, qui facillime revocatur à vociferatu, precibus, aut pretio in offas coactis victitat, dicitur ergo iure optimo canis impudicus. Vide posita *numer. 3. in cap. si rector supra distin. 43.*

### C A P. Error. III.

#### S Y M M A R I V M.

- 1 Errorem admittit, qui non resistit.
- 2 Veritas si non defensatur opprimitur quemodo intelligendum?

3 Qui

3 Qui delictum negligenter arguit, aut occultat, facit suum.

4 Permissio peccati aliquando licet: & ibi de eo, qui clericum non defendit.

**I**N textu, ibi, Error cui non resistitur.

Collige ex textu, illos eisdem implicatos erroribus se esse demonstrare, qui cum alios possint à captivitate peccati, seu pronitatis in illud liberare, obmutescunt, & taciturnitate facultatem errandi indulgent: cap. Qui alios, 2. de haret. ubi DD. & Sanch. lib. 2. de matrimon. disp. 38. num. 1. in fine, qui nostri textus meminit, & num. 20. ad 4. illum de errore culpabili procedere, ibi, probari dicitur error, cui minimè resistitur. Vide Peres l. 3. Glossa 1. pag. 108. & 110. & sequentibus, tit. 4. lib. 8. Ordin. Azaved. l. 5. num. 43. tit. 1. lib. 8. nova recopilat. & l. 1. num. 68. tit. 3. eodem lib. 8. & consil. 28. à num. 30. Occinit in hanc rem illud Seneca in Med. carmen.

Culpa cunctorum redit.

Qui non vetat peccare, cum possit, iubet.

Vnde Paulus Act. 20. relatus in c. Ephsij, 4. supra, dist. 43. ut se mundum à sanguine omnium, quibus præerat verbo, & exemplo, ostenderet; non subterfugisse obtestatur, quominus annuntiaret viam veritatis sequendam, & erroris semitam declinandam. Quapropter Augustinus tract. 51. in Ioann. Vnumquemque patrem familias iubet in domo sua ecclesiasticum, & quodam modo episcopale implere officium hortando, corripiendo, & obsecrando. Et Ambros. sermon. 83. ne hanc noxam incurreret, ait. Ego interdum parcens vobis, tacere vellem, sed malo vos contumacia causas reddere, quam negligentia sustinere iudicium.

**I**n textu, ibi, Veritas cum minimè defensatur, opprimitur.

Negotium facessit hæc sententia, cum veritatis fides ad miniculis non egeat. Glossa 1. in cap. Veritatis, de iureiurand. & absque suffragio, & patrocinio splendescit, ut recte colligit Ioann. Buseus in suo Viridario, verbo, Veritas, cap. 3. num. 3. Sed pro solutione accipe 1. veritatem divisam in eam, que dicitur rei, & pervadit omnes res, proprietatemque illarum est transcendens; & in eam que dicitur cognitionis, explicaturque per conformitatem inter rem, & intellectum, de quarum explicatione Metaphysici, & Logici Coniungunt. in Log. 2. p. in cap. de signis, q. 5. §. 1. Secundò. Aliam divisionem reperies in Glossa, verbo, Veritas, in cap. Qui scandalizaverit extra, de reg. iuris: bonæ scilicet vitæ, secundum quam aliquis rectè vivit, & pertinet ad quælibet particulariter,

alia est iustitiæ, secundum quam iudex rectitudinem servat in iudicijs, alia est disciplina, que reperitur in ijs, quibus ex debito imminet defectibus aliorum subvenire, propter iniunctum officium, ut patet in prælatis. De hac triplici veritate sunt sequentes versiculi.

Est verum vita, doctrina, iustitiæ.

Primum semper habe. Duo propter scandala linque.

Dico igitur textum intelligendum de veritate doctrinæ, per exhortationem; aliter pessum ibi conculcanda pedibus, & rigor disciplinæ ab orientis iam Ecclesiæ nativitate lentescet, & solitus postea nitor magnum in contemptum fordescet, nisi zelo charitatis, aut Evangelicæ falce scelerum virosa propago pullulans, quam primum amputetur, & ad ultionem se canonicus vigor non exerat, ut petulantium clericorum vitia compescat, & sub districti iuris equitate puniat; & aliunde fructus divinus est, iustitiam, & disciplinam sæpius recenseri, Gloss. deliberatione, in Extravag. execrabilis Ioann. 22. Lege Petrum Damian. lib. 2. epist. 11. §. Porro, dum abbatem Desiderium saluberrimis monitis instituit. Nec, que adducuntur in contrarium, demoliuntur conclusionem, quia, & de veritate in loquendo, vel testificando, & de per se nota sunt intelligenda. Quinimò quanvis ipsa pluribus se declaret, à multis tamen occultatur, & ideo examinanda, ut magis splendescat in lucem. Gloss. verbo, postquam, in cap. Cui Ioannes, de fide instrument. & cap. Grave, 35. q. 9. ac sæpius differenda, ut potentius in animos influat, dixit Lactant. Firmi, lib. 1. de falsa relig. cap. 1. & quanquam contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fictas hominum infidias facile se per se ipsam defendat, ut exclamavit Tullius, pro Calio. Attamen Quintilian. lib. 6. cap. 1. respondit, id non admittere veritatem, & ego, proh dolor! iniquius veritatem disciplinæ, quam redarguentem omnes reijciunt, & si non defenseretur, opprimeretur.

**I**n textu, ibi, Negligere. 3

Proprium munus episcoporum esse subditorum vitia redarguere, præter superius dicta inculcat Trident. sess. 14. de reformat. unde prælati se obligatos agnoscant, non tantum corrigere, sed prudenter, & diligenter excessus subditorum cohibere, sess. 6. eiusdem Trident. de reformation. cap. 3. & sess. 24. eodem tit. cap. 3. in quam rem commendatur textus in cap. Irrefragabile, de officio Ordinarij. & cap. Negligere, 2. q. 7. & alia, in Gloss. citata. Nam si facta corrigere non festines, facile via aperitur in excessus, 35. q. 9. cap. Loci, & ex nostro textu confirmat Paulus Fusch. de visitatione, lib. 1. cap. 4. num. 11. & inde deducit occultantem alienum delictum, facere suum, p.

*Glossam in rubric. Cod. de his, qui latronum, vel alijs criminibus, reos occultant, quatuor etiam Glossam allegat, in notabili quaest. Ioan. Nicol. Arelat. de heret. notab. 31. & Ball. in l. 1. Cod. eodem tit. nu. 1. Quamvis autem sit proprium munus praelatorum, commissis subditorum vitijs saluberrimam adhibere correctionem, si tamen loquamur de vitijs non iam commissis, sed in posterum committendis, egregie observavit Duen. regul. 99. vers. Fallit secundo, & Emmanuel in summ. tom. 1. cap. 80. num. 3. quemlibet hominem teneri alium corrigere, in delicto committendo, ut colligitur ex cap. Qui alios, de hereticis.*

- 4 *Limita, quod quamvis festina correctio commendetur, aliquando interest prudens dissimulatio, ut opportunius tempus correctioni quaeratur, & nonnunquam licitum erit permittere aliquod peccatum, unde delinquens maiori satisfandatur pudore deprehensus in eo, ut inde fructuosius castigetur, & emendetur; sic qui omittit clericum defendere, ne ab alio percuciat, cum possit sine proprio detrimento auxiliari, non incurreret excommunicationem, de qua in cap. Quanta, de sentent. excommunicat. saltem in foro conscientiae, si dolus absit, quia hoc non est facere malum, quod nemini licet ad Rom. 3. sed est permittere, propter bonum, quod ex eo speratur, & quotidie divina bonitas erga nos hoc utitur moderamine. cap. Nimirum, 26. q. 5. & tredit Navarr. in cap. Inter verba, 11. q. 3. num. 621. & in Manual. cap. 14. num. 26. vers. 10. ubi nostri textus meminit. Sublimitatem tamen, quod in hoc magna opus sit prudentia, tum de frequentia, tum inclinatione prolapsus, & in consideratione fructus proventuri, ne peccatis facultas indulgeatur.*

## CAP. Quid enim. IV.

### SUMMARIUM.

- 1 *Polluitur, qui peccatum finit.*
- 2 *Quomodo puniendus, qui consensum prestat erranti.*

**I**N textu, ibi, Pollui. Sicut, & maculare, aut inquinare, & contaminare, cuius peccato mortali per se absoluteq; convenit propter maculam, quam relinquit, ut loquuntur Theologi, unde tam frequentes in scriptura formulae, lavandi, abluendi, mundandi, purgandi, aspergendi, &c. quanquam alias usus Doctorum obtinuerit, ut eo verbo peculiaris etiam luxuriae immundities significetur, de qua nihil in presenti,

In textu, ibi, Consensum prestat erranti. Non intelligas textum loqui de consensu, prout comprehendit omnis illius significatus, tam contractuum, quam electionum; nec in quantum complet desiderium, aut voluntatem patrandi bonum aliquod, vel malum, complacendive in illo, De quo consensu Navarr. in Manual. cap. 11. num. 11. & 12. Nec prout inducit obligationem restituendi, apud D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 7. Loquitur ergo de consensu, quem quis prestare dicitur, iuxta triplicem divisionem consensus, quam adducit Glossa, verbo, Et consentientem, in cap. Notum sit, 2. quaest. 1. consentire enim potest quis, cooperando, ut in simonia, in incestu, in rapto virginis, in iniusta sententia, aut si sua autoritate defendat peccatum, aut si non corrigat, cum ex officio tenetur, approbat Glossa, consensum, in presenti, & Glossa in cap. 1. de offic. delegati, ubi Glossa 2. minus peccare docet consentientem ex negligentia, quam facientem, nisi forte negligentia foret nimis crassa, ut in praelato, & consentientem consilio, minus quam facientem, & plusquam negligentem, cooperationis vero culpa erit eadem, proportione valis. scilicet. Consensus tandem autoritatis, seu defensionis excedit reliquos. Vide Navarr. in cap. Ita quorundam, notab. 9. nu. 9. Illud etiam notatu dignum est, quod ex verbis nostri textus aperte colligitur, illum nempe hominem, qui potens alios ab errore revocare, nihilominus tacet, non solum alieno errori consensum prestare, sed etiam proprium errorem demonstrare. Ita Petrus l. 3. Glossa 1. pag. 108. & pagin. 110. & sequent. tit. 4. lib. 8. Ordin. Azeved. l. 5. num. 43. tit. 1. lib. 8. nova recopilat. & l. 1. num. 68. tit. 3. eod. lib. 8. & cons. 28. num. 30. Sanchez de matrimon. lib. 2. disp. 28. num. 1.

## CAP. Consentire. V.

### SUMMARIUM.

- 1 *Qui non impedit cum possit hereticum; iure fingitur hereticus.*
- 2 *Dicitur etiam talis, qui leviter resistit.*
- 3 *Requisita, ut aequum de illis feratur iudicium: & an posthabenda sit admonitio.*
- 4 *An ressecandi, vel tolerandi sint heretici?*

In textu,

**I**N textu, ibi, Consentire vide-  
tur erranti.

Collige ex hoc textu hæreticos esse iuris fictione illos, qui quanvis hæretici proprie, & verè non sint, quia affectu alliciente, non errante intellectu, propagari permittunt errores in fide, nec succidunt, prohibent, aut impediunt, cum possunt. Approbat textus in cap. Qui alios, de hæreticis, ubi Ioannes Anania, Panormitanus, Socinus, & alij, quia qui crimina, quæ potest emendare non corrigit, ipse committit; textus in cap. Præterea, 23. quæstion. 8. & in cap. Tam sacerdotes, 24. quæst. 3. & in cap. Quanta, de sententia excommunicat. & in cap. Sicut dignum, §. Illi etiam, & ibi Glossa de homicid. Facit textus in l. Scientiam, ff. ad l. Aliquil. ubi scientia domini pro patientia accipitur, & eo sciente, si servus vulneret, aut occidat, tenetur ipse dominus; ut optimè illustrat Peña in direct. Inquisit. p. 2. comment. 11. vers. Sententia, ubi nostrum textum refert, & conclusionem positam confirmat; corroborat Bartol. in l. Que doris, ff. soluto matrim. circa finem, nu. 13. quia quotiescunq; potest aliquis contradicendo, actum impedire, & non impedit, tacet, & dissimulat, præsumitur consentire. Lege Peres l. 3. Glossa 1. pag. 108. vers. Septimus modus, verbo, Non minus peccat, & pag. 110. tit. 4. lib. 8. Ordinarum.

2 Amplia prædictam conclusionem, in leviter etiam resistendo hæreticis, argum. l. Omnes, Cod. de hæreticis. Isernia in cap. 1. §. diffidamus, column. 3. vers. Sed an omnes. & in §. Quocunq; nomine, statu, & consuetudine contra libertatem ecclesiast. post Hostiens. in summa, eodem titul. & Peres l. 1. tit. 3. lib. 8. nova recopilat. num. 69.

3 Cæterum, ut æquum feratur iudicium, circa eos, qui consentire videntur errori, qui cum possint, non occurrunt; necesse est distinguere personas, nam alij sunt, quibus competit ex officio, ut ecclesiarum prælati, & Apostolici Inquisitores; alij sunt, quibus ea cura non incumbit ex officio, quales sunt inferiores. De prioribus, & qualitate eorum negligentia, aut consensu, aut patrocinijs, expendè in Decret. cum Peña citato, §. Neq; his, & sequentibus, per Glossam in Clement. 1. verbo, defensaverit, tit. de penis, & Julium Clarum in pract. crimin. q. 87. vers. Hac autem, & textum, & Glossam in cap. Qui aliorum, 24. q. 3. & cap. Excommunicamus, in l. §. Volumus, de hæreticis. De posterioribus, seu inferioribus, qui ex officio non tenentur errantes ab errore revocare, considera apud Zanchinum in tractat. de hæreticis, cap. 5. per dict. cap. Excommunicamus, §. Adijcimus, de hæreticis, & Peña citat. §. Postremo. Vtrum autem in hoc crimine hæresis posthabenda sit admonitio fraterna priusquam deferatur crimen ad Inquisitores hæreticæ pravitatis, aut prælatos, & ordinarios, ut denunciatio-

nem transmittant? Pro parte affirmativa videto Simanib. de cathol. institut. tit. 19. de denuntiatione. & Ioannem Roiam tract. de hæret. part. 2. assert. 3. & in singularibus fidei, singul. 5. nu. 21. vers. Tertio ampliatur. & Suar. de fide, in parte morali, disput. 24. sect. 1. ubi de receptoribus, defensoribus, & fautoribus pro pœnis supradictis: at verò pro correctione part. 3. disp. 8. sect. 6. nu. 10. & part. 2. de fide, disp. 20. sect. 4. num. 7. & deinceps.

**I**n textu, ibi, Resecanda. Hinc 4  
apertè deducitur, eradicandos hæreseos labe infectos; & confirmatur ex illo Hieronymi, quod refertur in cap. Resecanda, 24. q. 3. dicentis, Resecanda sunt putrida carnes, & scabiosa ovis à caulis repellenda, ne tota domus, massa, corpus, & pecora, ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Et illustratur, quia non minus delinquit, qui æternam maiestatem offendit, quam qui humanam Regis maiestatem lædit: Sed qui incidit in crimen læsæ maiestatis humanæ, exilio dånatur, prorsusq; exterminatur, l. Qui quis, C. ad l. Iuliam maiestatem; ergo, & ij, quæ lædunt, & offendunt æternam maiestatem, exterminio digni sunt. De pietate autem qua Dei Ecclesia, eiusq; ministri, utuntur in eos, qui relictis erroribus in viam veritatis revertuntur; præter eam, quæ foris irradiat, intus ipsimet in domibus Sanctæ Inquisitionis quotidie experiuntur. Contule Didacum Peres Glossa 1. pag. 111. col. 1. ante finem, vers. Quaritur consequenter, & deinceps, & pagin. 118. col. 1. in med. in l. 3. tit. 4. lib. 8. Ordinarum, ubi tum ab eventu, tum ab autoritate sacra pagine nostram conclusionem stabilitam invenies.

**C A P. Nihil. VI.**

**S Y M M A R I U M.**

- 1 Gregorius Lopez nostri textum meminit.
- 2 Qui per se ducit oves ad pascua verè dicitur pastor.
- 3 Qui aures adulantibus præbet, multis se exponit periculis.
- 4 Aliquando licet laudibus non dissentire.
- 5 Sacerdotes audiendi, non contemnendi, quanquam sint improbi.

**I**N textu. Collige ex illo, nihil eo pastore miserius, quam qui iniquorum laudibus gloriatur. Vide l. 8. tit. 5. part. 1. da med,

ad mediam, ubi *Gregorius Lopez Glosa 4.* nostri textus meminit.

2 **In textu, ibi, Pastore.** Non improprie episcopus, dicitur pastor, sicut, & oves recte appellantur subditi, *Iohannis 10. & 21.* non secundum illam longè aliam significationem, qua filij Iacob, ad Pharaonem dixerunt, *Pastores sumus, quia per famulos ducebant gregem, & fœtu, lanam fruebantur;* sed potius officio, & cura; quam bonus pastor per se ipsum, non ut mercenarius debet exhibere, ut verbum, *pascere,* sonat, idest per prata scripturæ gregem deducere, eiusq; fontibus recreare, atq; oleo scabiem inungere, docendo verbo, bonorum operum exemplo; ut tradit *Trident. sess. 6. de reformat. cap. 1. & sess. 23. de reformat. cap. 1.* Prosequitur latè *Carranza de residentia episcop. cap. 4. & sequentibus. Eleganter Soto de iustit. lib. 10. q. 3. art. 1. ad med. vers. Etenim. Paulus Fusch. de visitat. lib. 1. cap. 4. num. 23. & lib. 2. cap. 33. à nu. 20. & ideo D. Bern. ad Renaldum Abbatem, epist. 73. pastoralem episcoporum dignitatem eleganter vocat, Onus animarum infirmarum: bonus enim pastor languidas, & infirmas, vel iam emorientes oves humeris imponit, illasq; velut onus minime fastidiosum succollat. Neque minus eleganter D. August. in Psalm. 58. episcopum erga subditos dixit gallinæ similem erga pullos. Gallina, inquit, super omnes aves materna charitate circa pullos sollicitatur, ita ut tota egrotet ex labore. Rauce sit vox, sit hispida totum corpus, demittuntur ala, laxantur plumæ. Talem se exhibeat episcopus, & subditorum infirmitatibus laboribusq; condolet, & hos sub protectionis alas colligat, ac peramanter foveat. In cuius officij pastoralis signum, baculum pastorem dari episcopis notissimum est; *cap. Vnicum, in fine, de sacra Vnctione; explicat Durand. in rationali diviuorum, lib. 3. cap. 25. Melius Stephanus Durante de notabilibus ecclesie, lib. 2. cap. 9. à num. 36. Quare Romanus Pontifex baculo non utatur; cum sit supremus Pastor universalis Ecclesie? Extravagans unam sanctam, de maiestate, & obedientia; videbis apud eosdem auctores, & nos iam supra aliqua legitimus.**

3 **In textu, ibi, Qui luporum laudibus gloriatur.** Ergo, qui adulantium vocibus aures inclinat; improbo se laudatori, blando tyranno, Neroniana pietate condolenti, collaphis demulcenti, Aquilino ungue palpanti, latibulum aufugij, sub colore virtutis petenti, otium peccatorum lucrari machinanti, degeneris umbræ opacum investiganti, & lupis sanguinem sitientibus venam se aperire sentiat. Quapropter multis comendat Scriptura sacra *Ecclesiast. cap. 7. vers. 6. Melius est à sapiente corrigi,*

quàm stultorum adulatione decipi: quod eleganter notavit *Taanaturg. paraphrasis,* multò magis optandum, sapientis unius obiurgationem excipere, quàm totius chori improborum, ac miserorum hominum cantantium auditorem fieri; in quam rem votis se ire ostendit *Plato in Phædra,* dum adultores nominabat pestilentes feras, veneficis, imò impuris dæmonibus similes, & *Bion, apud Laertium lib. 1. ut inter fera animalia tyrannum, sic inter mansueti perniciosissimum dicebat adulatorem, & Anisibenes, in corvos incidere satius ducebat, quàm in adultores; quod hi viventibus oculos, illi tantum mortuis eruant. Strobilus serm. 11. quia ut concinè modulatur Iuvenalis satyra 4.*

— Nihil est, quod credere de se  
Non possit cum laudatur, Dis aqua potestas.

Et ideo renuebat David oleo peccatoris, seu lupi sibi delentur caput, *Psalm. 140. vers. 5. quia dum delectant adulantium delitæ, infringunt caput, aut saltem lenocinantis eloqui blanda verbositate conquassabit, aut facile corripiet adulator. Narrat Plinius lib. 8. cap. 17. de Panthera, illius halitu, & odore oris mire sollicitari quadrupes cunctas, atq; invitatas corripit, cuius quid magis simile, quàm adulatorem dicas? Quare insipientis adulationis est gaudio perfundi, sapientis autem, ut ait *actor operis imperfecti, hom. 27. cor flagellatur, & Gregor. 26. Moral. cap. 23. Laus, inquit, iustos cruciat, iniquos exaltat; & ideo Ladislaum Polloniz regem, narrat Stapletonius in promptuar. morali, Dominica 2. Adventus, palam adulantes colaphis excepisse, & causam querentibus respondisse, se percutientes repercutere. Simile quid memorant de Alphonso Aragonum rege, *Antonius Panormitanus, & Encas Sylvius. At pro coronide noscas, ideo lupis similes adultores dicit, quia titillando, & palpando asinos devorant, concludit inter alia *Loxinas in Psalm. 140. vers. 5. Poena autem, quæ clericis adulatoribus imponitur, videri poterit in cap. Clericus, supra, dist. 46. cuius meminit D. Thom. infra citandus, & titrū sit peccatum mortale? Vide nam. 1. in cap. 2. dist. 46. & de adulatione adde, quæ dicenda infra in cap. 1. nu. 1. dist. 93.****

Nec tamen proinde putes, eos admodum urbanitatem servare, aut rusticitatis nomen evadere, qui obseratas omnino accipiendis laudibus aures obturant, præterquam enim, quod ij, dum maximè adulationem vitare student, paulo severioris, & tristioris ingenij se esse præmonstrant, & invidiæ, aut superbiæ notam subire coguntur; quod ad *Calantium, perbelle descripsit Hieronymus. Adulatio, inquit, loco humilitatis, ac benevolentie ducatur, & qui adulari nescit, invidus, aut superbus reputetur. Confirmat Galenus lib. de*

lib. de dignoscendis animi morbis, cap. 3. proponens tres modos, quibus internosci possit animus, & omnes cum severitate coniuncti sunt; primum, quod non frequentent divitum domos; non saluent, non comitentur potentiores; non canitent cum divitibus, non pecuniarum, aut gloriæ, non honorum sint cupidi. Quæ quidem omnia vulgò aspera, & inamena, & ideo cum vera sapientia, & singulari medicinæ arte sunt coniungenda; ne dum mores lacerari assentationibus fugimus, prave consuetudinis humores lactari contingat, Lege D. Thom. 2. 2. quæst. 115. Aloysium de Torres de peccatis lingua Italianè, d. 21. Antonium Rampegola in figuris Biblicis expurgat. Buridanum in Politico, lib. 4. quæst. 4. Ioannem Buseum in arca medica, & in Panario. Ioannem Lopez in epitome Sanctorum, Ioannem Stobæum in sententijs fer. 14. Exempla Iosephi Berllardini in praxi florido Italianè, lib. 1. cap. 9. P. Ioannem Torres Philosophiæ principis, lib. 24. pag. 963. Hispanè, & pag. 959. de damno, & vitanda adulatione, Rogerium in corona animæ, cap. 25. Itale. Tandem Agapetum Diaconum, tom. 2. Bibliotheca.

In textu, ibi, Non ideo debent contemni. Nam ordinatio sacerdotum divina, quanvis eorum naturæ conditio valde sit humana, illa in omnibus diverfa, hæc omnium natura una est; ut inde veniæ, & condolendi, non verò contemnendi occasio arripatur; accipiant homines, quod suum est, & nolint discutere alienum. Si sacerdotes bene vixerint, eorum lucrum est; si bene docuerint, vestrum est dixit Chrysoft. hom. 43. imperf. Nolite malos sacerdotes negligere, ne propter eos etiam bonos contemnatis, quin etiam de homine malo frequenter bona doctrina procedit. Ecce enim vilis terra pretiosum aurum producit, nec propter terram vilem, pretiosum contemnitur aurum. Sic eligitur aurum, & terra relinquitur, sic homines doctrinam accipiant, & mores sacerdotum relinquunt; nam ut apes, non herbas; sed flores herbarum colligunt: sic vos flores doctrinæ colligite, & conversationem relinquite, ut quasi inutilis herba arefeat. Quod ut altius inculcare possimus, sciendum est omnia Sacramenta cum obliant indignè tractantibus, prodesse tamen per eos digne sumentibus: refertur in cap. Omnia, 1. q. 1. ex August. 2. contra epist. Parme. cap. 10. Nec tamen inferas non esse vitandos hereticos, quia rite ordinati, quia solemne sacrificium, & benedictio per se bona sit; nam declinandos, nec eis, ave, dicendum asseritur in cap. Maledicam, 1. q. 1. ex Hieronym. in Malach. & ibi Glosa interliniariis, non tamen contemnendos probatur in præfenti, & ex illo Pauli 1. ad Timoth. 4. Nemo adolescentiam tuam contemnat.

DISTINCTIO. LXXXIV.

CAP. Pervenit. I.

SUMMARY.

- 1 Cur Papa vocet hoc in loco episcopum fratrem, & coepiscopum.
- 2 Episcoporum est causas oppressorum, viduarum, & pauperum defendere.
- 3 Episcopi bona Ecclesia alienare possunt in subsidium pauperum.
- 4 Vtrum succurrendum sit pauperi, qui vitio suo incidit in paupertatem? remissivè.
- 5 Prudentes sunt consulendi, & consilijs eorum obsequendum.
- 6 Episcopi olim consiliarios, & assessores habebant.
- 7 Multum deferendum nobilibus, & honori Prælatorum.
- 8 Causa episcoporum deferuntur Papa.

In textu, ibi, Fratrem, & coepiscopum. Honorifica sermonis dispositione demulcet Summus Pontifex Paschasium episcopum, tum ut episcopatus fastigij apice fungentem, veneratione prosequatur: tum ut civilitate quodammodo delinitus episcopus, patienter increpationem audiat. Quo artificio usus est Asia ecclesiarum rector, & fortassis fundator Ioannes Apocalyps. 2. Qui reprehensurus Ephesi, Pergami, & Tiatyre Angelos, seu episcopos, sic enim eos appellare decebat, dignitatem prius commendavit, & postea cōminatione emendavit, quam arguendi dexteritatem in Paulo Gregorio hom. 11. in Ezechiel. eleganti illustrat exemplo. Ut peritus, inquit, medicus vulnus secundum videns, & agrum timidum esse conspiciens, dno palpavit, & subito percussit. Item in præfentia pastor Urbis, & Orbis desiderem episcopum, ut præmissa allocutionis urbanitate, & humanitate magis alliciat errantem; & magis lenitate fratris; quam severitate, & autoritate Pontificis hortetur, fratrem, & coepiscopum vocat. Quod autem nomine fratris veneretur episcopum, probatur ex ea ratione, quia Navarr. lib. 3. consil. num. 13. consil. 6. de donationibus, nititur monachum episcopum eximi à superioritate regularis prælati, etiam si demittat episcopatum, quia res inde cens,

cens, insolita, & quodammodo scandalosa est, ut episcopus, qui vocatur frater Papa, in cap. *Quam gravi, de crimine falsi*, subiaceat ut quilibet alius simplex monachus; vide *Deci. in cap. Venerabilem*, 14. num. 2. de exception. & *Cosm. in pragmat. Sacerdot. tit. de numero Cardinalium*, in Glossa, Cardinales, qui præter alios notant Patriarchas, Cardinales, Archiepiscopos, & Episcopos vocari à Papâ fratres; cæteros autem Reges, & Principes, filios.

2 **In textu, ibi, Vel oppressi.**

Collige hinc, quàm debeant episcopi invigilare causis oppressorum, viduarum, pupillorum, & pauperum, ac contra laevos impetus placita eis præstare solatia, ut inquit *Cassiodorus lib. 11. epistol. 3.* & ex legibus *Ervingii V. visigothorum regis iussu editis*, causas eorum cognoscendas, suscipere episcopus tradit *Isidorus Hispalensis lib. 2. tit. 1. cap. 29. & 30.* *Barbos. in l. 1. part. 1. num. 40. ff. soluto matrimo.* & confirmari potest, ex quadragenaria præscriptione in legatis, quæ pauperibus relinquuntur, per textum in *Auth. de eccles. titul. §. Pro temporalibus*, & *Panorm. in cap. de quarta, de præscription.* & alijs, quos refert, & sequitur *Coyar. in regul. posthor. 2. part. §. 2. num. 3. in fin. contra Antonium*, & *Imol. in cap. Nihil, de præscript.* Nam, & si pauperes non possint agere ad legata, potest tamen ea petere episcopus, cui imminet pauperum cura, & sollicitudo.

3 **In textu, ibi, Vel pauperes.**

Vsq̄ adeo ea est episcopo pauperibus cura, ut vel propter levissimam in eo genere oscitantiam, merito Ephesi Angelus, seu episcopus acerrimè increpari debuerit, *Apocalyps. tit. cap. 2.* **Quo de re legendus Sylvester Papa I. in Concil. Rom. Canon. 4.** & *Gelas. I. in cap. Gloria episcopi*, & *cap. Quatuor*, 12. q. 2. ex *Concil. Carthaginens. 4. Canon. 15. & 17.* & *Arelatens. Canon. 6.* Corroboratur quia, cum rerum ecclesiasticarum alienatio prohibita sit, una tamen sublevandis pauperibus, & redimendis captivis, iustissima causa est, præter alias quas *Glossa ad summam*, 12. q. 2. citata, & *Panormit. ad cap. Nulli. §. Alienationis*, num. 5. de rebus Ecclesie, recensent, ut alienatio fiat iuxta *cap. Sacrorum*, & *cap. Autum*, 12. q. 2. Quo attendisse videntur *Avarius Amide episcopus*, qui ut refert *Socrates lib. 7. cap. 22.* omnia aurea, & argentea vasa conflagavit, quo pauperibus subveniret; & *Cyrillus*, quem *Sozomenus lib. 4. cap. 24.* narrat ecclesie Theſaurum, & sacra aulæ vendidisse ad sublevandam famem, quæ agrum Hierosolymitanum occupaverat. Vtrum autem succurrendum sit illi, qui culpa sua, & vitio incidit in paupertatem? Consule *Tiraq. in l. Si unquam, verbo, bona, num. 5. Cod. de revocand. donationibus: Sord. de Aliment. tit. 7. q. 25. num. 11.* *Coyar. lib. 2. variat. cap. 16. num. 9. in principio.*

*Barbos. in l. Maritum, num. 73. ff. soluto matrimo.*

**In textu, ibi, Concilia sapientium.**

Celebris est hic textus, & *Glossa*, ibi, *Concilia*, p̄ eis æquis auribus audiendis, cuius meminit *Gregor. Lopez l. 5. tit. 9. part. 2. Glossa 2.* in principio, & utilitatem comprobat, tum quia ea, quæ consilio ordinantur, ad beatitudinem, & gloriam redundare noscuntur, *Humanam, C. de legibus, l. 3. Cod. de repudijs*: tum quia consilia ita solent, & iuvant intellectum in rebus dubijs, ut per ea bonus efficiatur intellectus; quæ propter accipi debent ab ijs, qui sciunt illa dare, unde factum est, quod plerisque, imò cunctis sapientibus contingat, plus alieno se, quàm proprio credere iudicio, ut ex *Bernard. epistol. 82.* refert citatus *Gregor. Lopez in textus summa, tit. 3. part. 3. Glossa 2.* Illustratur amplius ex oraculo divino, *Proverb. 11. & 14. Vbi consilium, ibi salus*; nam consilij integritas corporis, & incolumitas animæ defenditur. Vide *Bald. in l. 1. column. 3. Cod. ne liceat tertio provocare*, & *Abbat. in cap. Cum in veteri, column. penult. de elect.* & posita ad *cap. ult. num. 1. supra, dist. 38.*

**In textu, ibi, Et recta suadentium.**

Tam de ijs, qui fraterna charitate Paschasium, suadebant, iuxta *cap. Si peccaveris, 2. q. 1. textus* poterit æque bene intelligi; quàm de ijs, quos sibi debebat, si non negligebat, accersere consiliarios; nam in veterum more positum erat pro negotijs expediendis episcopos sibi ascitos habere consiliarios clericos, qui difficultatibus, & rebus dubijs solvendis vacarent. Cum enim episcopi principes reipublicæ constituerentur, & illius administrandæ gratia adiuncta haberent duo genera magistratum; alterum laicorum, quibus præficiebatur iudex ex commissione antistitum; alterum clericorum, quibus solus episcopus prospiciebat; semper tamen gravibus in difficultatibus expediendis aliqui præstantiores seligebantur, ut credere est, & colligitur ex *Paulo I. Corinth. 11. & I. ad Timoth. 5. Qui bene præfunt presbyteri duplici honore habeantur*; maxime, qui laborant in verbo, & doctrina, tradit *Anastaf. Germon. lib. 2. de sacrorum immunitat. cap. 13. nu. 20.* & deinceps; quos omnium nominationes Paschasius respuebat.

**In textu, ibi, Coram alijs sacerdotibus, & quibusdam nobilibus.**

Nota primò, quomodo nobiles sacerdotibus associantur; nam illi cæteris urbibus prudentiores, atq̄ exercitatiores esse præsumuntur, argumento notabili in *l. C. Qui, et adversus quos. Unde princeps dicitur habere in pectore peritiam iuris reconditam, in l. Omnium, & in cap. 1. de consil.*



confusion. lib. 6. nempe propter nobiles, & sapientes, qui enim quotidie comitantur: ut ex *And. Bar. in Constitut. Sicilia incip. minoribus*, & ibi post eum *Matth. afflic.* dixisse passim in suis scriptis; refert *Tiraquel. de nobilit. cap. 20. nu. 41.* tum etiam, quia sacerdotum sigillum imitantur, in violabiliter naturale servando. Nota secundo. Quantus honos delatus sit episcopo, qui reprehendendus, non coram omnibus, per quorum ora volitabant vitia; & ipse fama laborabat, sed in occulto redarguitur, ne posthabita veneratione contemneretur, qui episcopali dignitate fungebatur. Sic *Aclorum 23. Paulus*, se excusat, eod quod *Ananiz Pontifici* coram assistantibus maledixisset, dicens. *Nesciebam fratres, quod summus est sacerdotum*, & nullibi legimus Christum pontificem aliquem reprehendisse, nisi sub nomine scribarum, & pharisaeorum.

**In textu, ibi, Ad nos est.**

Collige in argumentum, quae dixit *Petrus Damianus lib. 8. epistol. ad cives Florentinos, 11.* Sedes Apostolica cunctis aduentibus patet. Romanam ergo pulset Ecclesiam quisquis se iustam aduersus episcopum habere calumniam sperat. Nam causa episcoporum Romano Pontifici reservantur, nec ab alio deponi, aut condemnari possunt ex *Trid. sess. 13. de reform. cap. 6. in fine*, & *sess. 24. de reformat. cap. 5. Sbrozio de vicario episcopi, lib. 2. q. 59. nu. 1.* & alijs; de speciali reservatione tam episcoporum, quam causarum illorum, *cap. Quavis, 3. q. 6. Borgas. de irregularit. p. 6. tit. quis possit excommunicare, in fin. Turrecremas. in cap. Vbiq., 15. q. 7. nu. 5. 6. & 7.* Iure autem veteri, si contingeret criminaliter agi contra episcopum, & crimen postulare depositionem ab ordine, vel dignitate, causa examinabatur ab episcopis provinciae una cum Metropolitano, ultra quem ad minus erant duodecim episcopi, ut notat *Glossa in summ. verbo, quod autem, 3. q. 8. per textum in cap. Si quis episcopum, 16. q. 4.* nunquam tamen Metropolitanus causam definebat; sed votum proferebat, & referebat processum ad Papam; tradit optime *Felinus in cap. Si quis, nu. 2. notabil. ult. de accusation.* Deinde tractu temporis iure sancitum fuit, quod episcopi cognoscerent usque ad sententiam; sententia vero reservabatur Papae definienda; *cap. Accusatus, & cap. Quavis, cap. Mulum stupet. 3. q. 6.* Notat *Alphons. Alvar. Guer. in speculo iuris Pontificij, cap. 29.* Unde collige cum *Felino in cap. Non potest, num. 7. de sententia, & re iudicata*, quod omnia iura in quibus legitur aliquando episcopos fuisse damnatos ab inferioribus a Papa, loquantur de iure antiquo; pro ut dictum est; aut ex commissione Papae.

**CAP. Nuntiatum. II.**

**S Y M M A R I U M.**

1. *Qui muneris obliviscitur, memoriam perdit honoris.*
2. *Episcopi debent iura Ecclesiarum intacta servare.*
3. *Quid de iure antiquo, & noviori teneantur episcopi circa monasteria?*
4. *Prohibita appellatione, adest locus revisioni, & supplicationi; & ad quod usque tempus possit supplicari?*

**I**N textu, ibi, **Immemores honoris sui.**

Et oneris, nam qui sollicitudinem muneris deponit, & honoris, & oneris oblivione inducitur; siquidem adinvicem comitantur honor, & onus; nec sanamentis existimandus est, qui honore fruitur, & oneris obliviscitur. Cum igitur episcopi pares sint Apostolis, quantum ad ordinem, & consecrationem, iuxta *cap. In novo, dist. 21. ubi Glossa, verbo, pari*, signum est tanti culminis esse oblitos, dum curam abijciunt, quam defigendo se antistites per manulem obedientiam profitentur habere, & se obligant pro ovibus suis apud Deum mediante Metropolitano, *Gloss. defigendo, in cap. Nisi cum pridem, de renuntiat.* Ex hac episcopalis muneris obeundi sollicitudine, colligit *D. Chrys. lib. 3. & 6. de sacerdot. episcoporum officium esse, Laborum pelagus, & omnium arumarum abyssum.* Quam difficultatum molem, & inextricabilem labyrinthum cum homines deberent exhorrescere, & ipso etiam animo subterfugere; inexhaustae tamen ambitionis vitio factum est, ut ad immentum hoc onus, veluti ad honorem inhient, & adspirent. Quam ambitionem detestatur *Petrarch lib. 1. Dialog. 107. de remedio utriusque fortuna*, his verbis. *O vertigine morum pessima, ad quod olim consueverant, & deberent cogi homines, inde nunc retrahi non possunt.* Hinc fit, ut quicumque olim episcopatum desiderabat, bonum opus desideraret, propter laborem illi honori adnexum. Ita explicat *D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 1. Azor. inst. moral. p. 2. lib. 3. cap. 28. q. 2. Alphons. Alvar. Guerero in speculo iuris Pontificij, cap. 4.*

**In text. ibi, Neque tga ecclesias.**

Episcopi munus est, ecclesias manutenere in statu, in quo fuerunt institutae, per *cap. 2. de supplend. neglig. pralator.* & iura intacta servare, ne deteriolem conditionem subeant, iuxta *textum in cap. Requisivit, de in integrum restitut. & Glossam*

in cap. final. in fine, 16. q. 8. & cap. Fraternalitatem, verbo, non debet, de donationibus, ubi Innocent. nu. unic. Anton. nu. 10. Bart. in l. Iubemus nullam. nu. 4. Cod. de sacrosanct. Eccles. Seraphin. de privileg. iuram. privileg. 71. nu. 32. quos allegat, & sequitur Sanch. de matrim. lib. 6. disp. 4. nu. 12. in fine. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de clerico debitore, §. 5. nu. 10. quod tamen limita procedere in rebus acquisitis, non verò acquirendis. Ita Sanch. & alij apud ipsum; nec etiam habet locum negligente prælato, Tiraq. de iure mariti, Glossa 7. nu. 76. cum sequentibus. Ratio autem principalis conclusionis est, quia episcopus est tanquam sponsus suæ ecclesiæ, cui per electionem, confirmationem, & consecrationem perfecte copulatur cap. Inter, cap. Licet, de translat. episcop. & ideo eius spiritualibus comodis, & temporalibus etiam quantum necesse fuerit inservire debet, Suar. tom. 3. de relig. lib. 9. cap. 13. nu. 13. Quam obligationem iustitiæ esse tradit Sanch. citat. nu. 51. & inde corollaria nonnulla deducit, quæ ibi videre poteris. Sed quoniam personæ præstant rebus, l. 2. ff. de statu hominum, & l. Si quaramus, ff. de testam. ergo de illis præcipua debet esse cura, & sollicitudo. De obligatione ædificandi, vel reparandi, & obligatione faciendi ædificare, aut reparare tēpla, & paramenta. Ad Beroium conf. 3. nu. 1. & 2. quem refert Rota decis. 627. nu. 1. Archid. in cap. Decernimus, 10. q. 1. cap. 4. nu. 13. 12. q. 2. Trid. sess. 21. de reform. cap. 7. Euseb. de visit. lib. 1. cap. 10. nu. 15. & 16. Vallase. conf. 179. nu. 7. & 13. Cened. ad Decretal. collect. 153. Ricci in decis. curia Archiepiscop. Neapol. p. 2. decis. 255.

**3** In textu, ibi, Monasteriorum sollicitudinem. Omnia monasteria esse penes episcopos, iure antiquo probat textus in cap. Qui verò, 16. q. 1. cap. Monasteria, in 1. cap. Non semel, 18. q. 2. cap. In monasterijs, §. Porro, de statu monachor. cap. Viduitatis, 27. q. 1. latissime Emman. Rodr. quest. regul. tom. 2. q. 63. art. 1. Cened. q. 26. nu. 1. Rota novissima, p. 1. decis. 78. nu. 1. Glossa. verbo, si peccavero, in cap. Alia, 16. q. 1. Praxis episcop. p. 2. cap. 3. nu. 46. Francisc. Leo in praxi fore eccles. p. 2. cap. 18. nu. 105. Riccius in praxi, decis. 736. in 1. edit. & resol. 513. in 2. edit. Marius Anton. variar. resolut. lib. 1. resolut. 17. num. 3. Campanil. in diversor. iuris Canon. rubr. 12. cap. 13. nu. 51. Cæterum Trident. sess. 25. cap. 8. formam prælatis prescribit, tam circa directionem eorum, quæ ipsis subsunt; quàm circa negligentiam regularium in executione, Constitut. Innocent. III. quæ incipit, in singulis, & cap. 9. & 10. sanctimonialium, & cap. 11. sæcularium, &c. Quomodo sese gerere debeat in administratione eorum, & in quibus munus suum præstare, & iurisdictionem exercere queant, quibus nihil amplius addendum superest.

In textu, ibi, Sine aliqua excusatione. Sed quavis prohibita fuerit appellatio, adhuc reliquus erat locus supplicationi, per textum in cap. Cum causa, & in cap. Cum inter ceteras, de sententia, & re iudicata, aut revisioni Papæ, ut tradit Guido decis. 50. Menoch. remed. 4. adipiscenda, nu. 895. cum sequentibus, Vincent. de Franchis, decis. 148. Capic. decis. 144. Decian. respons. 47. vol. 1. Surd. consil. 277. Bander. in tract. revision. conclus. 27. Vallase. consil. 51. à nu. 40. quia ubi appellatio denegatur, permissus est recursus ad superiorem. Rolland. à Valle consil. 94. nu. 2. vol. 1. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 70. nu. 24. Aldrete de relig. disciplina tuenda, lib. 2. cap. 28. nu. 25. Si hoc loco inquiras ad quodnam utque tempus supplicari possit? Responsionem colligo ex cap. Ex litteris, 4. de in integrum restitut. ubi ita ait Glossa. Supplicari potest usque ad biennium. Ita observari in regno Franciæ refert Guilielmus in cap. Raynuntius, verbo, mortuo itaque testatore, in 1. nu. 273. de testament. Rebuff. in tract. de revision. in præfat. nu. 75. In nostro Portugalliæ regno dantur duo menses, per Ordin. Regiam, lib. 3. tit. 95. §. 34. At verò in regno Castellæ quadraginta dies, ut affirmat Peres l. 42. tit. 4. lib. 2. Ordin. Soar. è Pace in præct. tom. 1. part. 7. cap. unico, nu. 96.

### C A P. Cum in præterito. III.

#### S V M M A R I U M.

- 1 Doctores, qui textus meminere.
- 2 Quo iure sit annexa continentia ordini sacro?
- 3 An idem dicendum de episcopatu?
- 4 Vtrum in Ecclesia sit potestas imponenda eius obligationis ex voto?
- 5 Facilius impetrant sacerdotes, quò immuniore sunt à culpa.
- 6 A quo tempore inceperit obligatio continentia in sacris? remissivè.
- 7 An textus intelligendus loqui de subdiaconis?

**I**N textu. Illius materiam præter alios, & illius mentionem prosequuntur. Azeved. in l. 1. tit. 19. lib. 8. recopilat. nu. 48. Campanil. in diversor. iuris, rubr. 7. cap. 3. Bellarm. tom. 1. lib. 1. de clericis, cap. 18. Vallase. tom. 3. in 3. p. D. Thom. disp. 247. nu. 2. Suar. tom. 3. de relig. lib. 9. in cap. 15. nu. 14. & in cap. 16. nu. 15. Francisc. Turrian. in lib. de 6. 7. & 8. Synodo general. li. in expositione 3. Canonis, sexta Synodi, quem vult licet Claudius Spenceus lib. 1. de continentia, cap. 3.

**I**N textu,

**In textu, ibi, Conscriptio**

**quadam.** Collige ex textu, sacris ordinibus annexam esse continentiam. Vtrū autem obligatio eam servandi oriatur ex voto; an ex solo præcepto ecclesiastico? Varii sunt Doctores; quorum plausibilibus opinionibus accomodabo sequentes conclusiones. Sit prima conclusio. Ordini sacro annexa est continentia solo iure ecclesiastico. Hanc habet Innocent. in cap. Placet, num. unico, de convers. conjugatorum, & ibi Joann. Andr. nu. 4. Post. ibidem, ad fin. Anton. nu. 9. Abb. nu. 7. Anchar. ad fin. Cardin. nu. 3. Henric. nu. 3. q. 3. Aretin. consil. 59, nu. 7. fin. Brun. de spons. conclus. 3. nu. 3. Sylvest. votum 4. q. 5. Tabien. verbo. dispensatio, q. 7. nu. 8. in solut. ad 1. Covar. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 3. nu. 2. Rota in novissimis, decis. 561. nu. 11. & 12. Cucus lib. 5. iustit. in aiorum, lit. 12. nu. 29. Stunica de voto, q. 6. nu. 116. Barbosa rubr. ff. soluto matrimon. 2. p. nu. 89. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez. lib. 7. de matrimon. disp. 27. nu. 5. & probatur, quia secundum Latine Ecclesie usum à subdiaconatu, usq. ad sacerdotium est obligatio servandæ castitatis. Innocent. 11. in cap. Ut lex, 27. q. 1. Antonius De perpetua castitate sacerdotum, cap. 25. Belharmin. lato. citato. Azor part. 1. lib. 13. cap. 12. q. 1. Sed hæc obligatio non est ex iure divino; ut tenet D. Thom. 2. 2. q. 88, art. 11. & Suarez. tom. 3. de relig. lib. 9. cap. 13. num. 7. ergo oritur ex solo iure ecclesiastico, neq. enim mediat principum auctoritas, unde ortum habere dicatur. Nam quod ratio naturalis dicat, solam decentiam comprobatur, sed obligationem non inducit.

Secunda conclusio. Episcopi ex iure ecclesiastico astringuntur obligatione castitatis. Hanc probat Sanchez. citat. nu. 7. & Suarez. proxime citatus, nu. 11. & probatur, quia ecclesia Græca suis clericis, & episcopis usum matrimonij contracti ante ordinationem permisit; nec dici potest hanc consuetudinem esse contrariam iuri divino; quia ecclesia Latina illam non reprobatur; ut constat ex cap. Cum olim, de convers. conjug. Confirmat Trid. sess. 24. Can. 9. ubi continentiam clericorum in sacris (& idem est de episcopis, siquidem per consecrationem nullum votum emittunt) in legem ecclesiasticam refert. Unde colligit Sanchez. citato loco, quod si episcopus esset tantum electus, & confirmatus; & non in sacris constitutus; ratione status non teneretur ad castitatem; quia conjugalis status repugnantiam non habet, cum episcopalibus ministerijs; sed ex quadam decentia, & honestate, quod seculi iure ecclesiastico non transit in præceptum. Ita sentit Petr. Ledesm. de matrim. q. 53. art. 3. in dub. quod movet circa solutionem, ad 3. post. 3. conclus. 4. Ut hæc conclusio.

Tertia conclusio. Ecclesia obligat ordinandos in sacris; ut votū continentie emittant. Hæc cō-

clusio probatur ex cap. 1. dist. 28, ubi Gloss. verbo, promissis; & ex cap. Diaconi, eadem dist. & ex Synodo Ancyraua, cap. 10. & ex cap. Cum olim, de de- rre, conjug. & ex alijs, quos refert, & sequitur Sanchez. nu. 10. & Suarez. lib. 9. cap. 17. nu. 4. Quod autem in Ecclesia sit potestas ad hanc obligationem iniungendam. Probatur, quia ecclesia potest apponere condiciones, (quāvis absolute neminem cogere ad castitatem cum sit consuetudine, cap. Integritas, 32. q. 2.) concedentes illud, quod, qualis est votum continentie; sicut quilibet in rei suæ traditione potest annexere partem conditionis. 1. In traditionibus, ff. de pactis. Campanile in divers. rubric. 7. cap. 3. nu. 23. Aliunde verò, quod ecclesia maluerit, ut illi, qui ordines suscipiunt, ea lege suscipiant; ut continentiam proficiantur; patet ex Greg. lib. 4. epist. 42. & ex Concil. Aralatenf. 2. cap. 2. ubi postulatur promissa conversio; & ex Concil. Tolet. 11. cap. 1. & African. 1. Can. 22. & ex cap. Vt ut, de voto, in 6. & Extravagant. Ioan. XXII. antiqua, de voto. Unde concludit, quod obligatio cælibatus nascitur ex voto; & non immediate ex constitutione ecclesie. Veruntamen votum non est expressum; sed tacitum; & ipso facto, quo quis suscipiendo ordines castitatem voverit. Sin noluerit vovere, & postea peccet: erit contra præceptū eccl. siæ; cui non stetit in conditionibus, non tamen contra votum, ut sæpius diximus. Adij posita ad cap. 1. nu. 2. & 3. & ad cap. de ijs, nu. 2. supra, dist. 28.

**In textu, ibi, Simpliciter im-**

**petrare.** Quia tanto facilius exaudiantur sacerdotes, quanto apud Deum sunt digniores, cap. Ipsi sacerdotes, 1. q. 1. sacrificium enim oblatum à sacerdote in peccato mortali existente, etiā habet suum effectū, quatenus nomine Christi, & ecclesie offeritur, nec malitia offerentium inquinari potest, Ita S. Thom. 3. q. 82. art. 6. Navarr. in Man. cap. 25. nu. 79. Vic. in sum. de Eucharist. nu. 91. Chamaer. de sacrific. dist. 2. dub. 10. Barthol. ab. Angelo. Dialog. 5. §. 735. Miranda in Manual. prelat. tom. 1. q. 43. art. 42. Fraxin. de obligat. sacerdot. sess. 3. prænocat. 4. §. 3. nu. 3. Bonacino de Sacram. disp. 4. q. ult. punct. 6. nu. 3. & in q. 1. sacerdos sit indignus, & exaudiat non simpliciter, id est, omnibus numeris munda, est oblatio, sed secundum quid, quatenus à sacerdote coinquinato offertur.

**In textu, ibi, Ipsa servavit anti-**

**quitas.** Quanquam non sit animus huc actum mentia discutere, quia satis dictum relinquitur de antiquitate obligationis, quæ habent constituti in sacris servandi castitatem non supervacaneum duxi tibi, curiosi lectori parare hæc indicem, ut quæ ex propria fonte haurire cupiebas; facile ledere queas ad præceptum deinceps in cap. Aliter, 14. supra, dist. 28.

7 **In Glossa, ibi, Sacramentis in-**  
**serviunt, idest, subdiaconi.** Nota  
 quod  
 quavis *Suar. d. lib. 9. cap. 16. nu. 13.* asserat ver-  
 ba textus non cogere, ut pro subdiaconis acci-  
 piantur, iuxta *Glossa* interpretationem; & con-  
 tinere potius declarationem ministerij diaconi.  
 Postea tamen astruit, bene sub illis com-  
 prehendi quartum membrum distinctum ab  
 episcopis, presbyteris, et diaconis. Et confirmat  
 ex *Concil. Taurinens. Can. 7.* iuncta locutionis for-  
 ma *Trid. sess. 23. cap. 2.* quatenus ait subdiaconatū  
 à Patribus, & à sacris Concilijs inter maiores  
 ordines fuisse relatum, & ex *cap. Bos qui, & ex*  
*cap. Erubescant, d. 32.* & ex *Isidor. lib. 1. divinor. offi-*  
*cior. cap. 9.* iam tunc (ex *Concil. scil. Carthagin. 2.*  
 relato in præsentī) cœpisse subdiaconatum re-  
 putari, & declarari pro sacro: nam antea, ut  
 supra diximus, non admodum explicatū erat.

### CAP. Cum de quorundam. IV.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Quam continentia obligationem adeat coniugatus si sacris initiatur?
- 2 Quomodo se habere debeat, quoad separationem?
- 3 Quam culpam incurrat presbyter propriam cognoscens coniugem?
- 4 Quam poenā quilibet in sacris, incurrat?

1 **I**n textu, ibi, Erga uxores pro-  
 prias incontinentia. Collige hinc  
 conjugatum,  
 & in sacris constitutum, eodem profus modo,  
 et cū eisdem effectibus obligari voto castitatis,  
 tam si ante matrimonium ordinatus fuisset,  
 quam si postea ex consensu uxoris; & probatur,  
 quia nunquam in Ecclesia, sive Latina, sive  
 Græca, licuit sacro ordine præditis matrimo-  
 nium inire, nam in *cap. Si quis eorum, d. 32.* & in  
 6. Synodo generali dicitur de ecclesia Græca:  
 si quis eorum, qui ad clerum accedunt, volue-  
 rit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante or-  
 dinationem subdiaconatus faciat. Et d. ecclesia  
 Latina hoc certum est, ex *cap. Sicut quidam, & ex*  
*cap. Presbyteris, 27. q. 1.* & ex *cap. Decernimus, d. 28.*  
 & ex *cap. Lectores, d. 32.* & *Can. 27. Apostolorum;* se-  
 quitur *Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 28. nu. 3.* & *Azor*  
*lib. 23. insti. moral. cap. 12. q. 3.* & *Suar. tom. 3. de*  
*relig. cap. 19. num. 10.* Quoad secundam verò  
 partem, certa est conclusio in Ecclesia Latina,  
 (nam Græcis legitimo matrimonio ante ordi-

nes contracto, uti permittitur) probatur, quia  
 votum castitatis est idem; & nihil est, quod im-  
 pediat perfectam eius obligationem, cum lici-  
 te factum esse supponimus, renuntiante uxore  
 iuri suo, & viro acceptante, confirmanteque ec-  
 clesia: ergo tale votum obligabit ad omnem  
 castitatem, & ad denegandum debitum, quan-  
 tunvis uxor petat. Si autem inscia uxore ordi-  
 netur; idem erit, ut non petat, non tamen, ut  
 non solvat petenti.

### In textu, ibi, Ab uxoribus con-

tinere. Dubitari potest, an liceat huiusmodi  
 clericum cohabitare cum uxore, &  
 uti omni eius ministerio, tanquam sorore, se-  
 cluso toro? Nam in *cap. Volumus, dist. 81.* per-  
 mittitur cohabitatio cum uxore, quæ caste re-  
 genda est, inquit textus, & in *Concil. Agathens.*  
*Can. 16.* & in *Lateranens. sub Alexand. III. part. 5.*  
*cap. 7.* & advertit *Glossa in cap. Episcopus, 77. dist.*  
 Dicendum tamen est, hanc questionem vix  
 hoc tempore habere locum, si vera servantur.  
 Quia si uxor sexagenaria non sit, & extra omne  
 periculum, & suspicionem, profiteri debet in-  
 tra religionem, ut maritus ordinetur: quare  
 iam cohabitare non poterunt, si autem uxor sit  
 senex, & extra omnem suspicionem; bene po-  
 terunt cohabitare, sequestrato mansionis cubi-  
 culo; melius tamen erit abstinere ab huiusmo-  
 di cohabitatione, tum propter exemplū, tum  
 propter qualecunq; periculum, etiam levioris  
 incendij. De quo videri poterit optimum ex-  
 emplum, apud *Greg. lib. Dialog. cap. 11.*

Sed quale est peccatum, si ordinatus in sacris  
 uxorem suam cognoscat? Respondeo, quod ma-  
 trimonium, vel fuit ratum tantum, vel etiam  
 consummatum: si ratum, distinguo amplius:  
 vel fuit solutum, quo ad vinculum per profes-  
 sionem solemnem uxoris: vel non, si fuit solu-  
 tum; perinde se habet, ac si cum quacūq; alia  
 moniali peccasset; quia circumstantia illa præce-  
 dentis matrimonij, nec augere, nec minuire  
 videtur notabiliter delictum. Si autem uxor  
 non dum religionem professæ est, committitur  
 quidem sacrilegium, vel ratione voti proprii,  
 vel etiam ratione voti simplicis, si ab uxore  
 emissum est. Propria autem malitia fornicatio-  
 nis ibi locum non habet; quia cū vinculum  
 non sit solutum; accessus ille non est ad non  
 suam. Quod colligit *Suar. 3. tom. de relig. lib. 9.*  
*cap. 19. nu. 12.* ex *cap. Litteras, de filijs presbyteror. &*  
 quoad hanc partem idem fert iudicium; si ma-  
 trimonium ante ordinem fuit consummatum; &  
 solum differre ait; quia per professionem non  
 solvitur vinculum matrimonij: ideoq; intra lati-  
 tudinem intemperantiz, non habet eandem ra-  
 tionem malitiæ; licet accrescat sacrilegium ob  
 circumstantias utriusq; personæ Deo consecra-  
 tæ, & sponsatæ,

In textu,

**4** In textu, ibi, Ab ecclesiastico removeantur officio.

Nullam se invenire pœnam, quæ ipso iure incurratur ab ijs, qui proprias agnoscunt uxores sacris ministerijs addicti, facetur *Suar.* proximè citatus; veruntamen si uxor monialis iam sit effecta; deponendus erit maritus; non minus quam quilibet alius sacerdos ad illam accedens; si autem sit uxor secularis cum simplici voto castitatis; non est certa pœna; sed arbitrio iudicis relinquitur, tanquam is, qui gravem incestum, aut sacrilegium committit. *Adi Bernayd. Diaz. in pract. cap. 81. 84. & 87.*

**C A P. Quisquis clericus. V.**

**S Y M M A R I U M.**

- 1 An de clericis in minoribus interpretandus textus?
- 2 Proponitur resolutio.
- 3 Quodnam privilegium amittat clericus per bigamiam?
- 4 Quæ sit cõmunio laica, & peregrina?
- 5 Quæ sit possessio incorporalium?
- 6 An sufficiat unicus actus, ad acquirendam quasi possessionem iurium incorporalium?

**1** In textu, ibi, Clericus.

Illorum nomine venire poterant omnes clerici, qui in ecclesia inserviunt, etiam psalmistæ, & prima tonsura ornati, *Marant. de ordin. iudic. part. 4. d. 11. nu. 13. Tyber. Decian. tom. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 21.* quos allegat, & sequitur *Thom. Vallasc. allegat. 16. nu. 3.* Vtrum autem in præsentibus de clericis in minoribus; aut etiam in sacris sit intelligenda dispositio textus? Certamen est inter auctores ex ijs, quæ ipsi alias dicunt; quanquam *Suar. tom. de Sacrament. in comment. art. 4. §. Est autem,* apud *D. Tho. 3. p. 9. 73. & tom. de censur. disp. 49. sect. 5. nu. 4. & Sayr. lib. 6. cap. 5. nu. 2. de censur. & Vasq. in 3. p. tom. 3. disp. 216. cap. 3. nu. 32.* referentes textum sub nomine Syricij; illius bipartitam pœnam discutunt.

*Sayrus* igitur, nec dissentit *Suar.* locis citatis, de censuris, tenetque cum *Glossa in præsentibus*, verbo, clericis, textum intelligi de constitutis in minoribus, & probat *Sayr.* ex *Geminiano in cap. unico, de bigamis, in 6.* quia constitutio pœnalis non extenditur de casu vero ad casum fictum, quando casus fictus non fingitur idem, quoad omnem effectum, quem habet casus verus; sed clerici

in sacris si viduam ducerent, aut secundam virginem, non privantur privilegijs canonis, fori, & immunitatis, &c. dum vivunt in suo statu, aut donec degradati tradantur curiæ seculari, quem statum non incurrunt simpliciter per similitudinariam bigamiam; ergo tantum de clericis in minoribus loquitur textus, qui est pœnalis; & quoad omnes effectus in illis verificari potest, tam per bigamiam veram, quam per interpretativam, quia pro qualibet ab eis contracta amittunt ea privilegia, iuxta *cap. Vnicum, de bigamis, in 6.* & *Glossam*, verbo, bigamos; & verbo, omnium privilegio; & eandem *Glossam in cap. Vnico*, verbo, vnicus, & verbo, virginibus, de clericis conjugatis in 6. Unde vexari posse, ait, vexationibus in persona, & rebus, iuxta *l. 1. & 2. C. de episcop. & cleric. & l. Generalis eodem; & cap. ult. de vita, & honest. clericor.* Confirmatur, seu declaratur, quia clerici in minoribus possunt demittere statum, quem habent; non verò constituti in sacris; ergo, & perdere, ergo, & privari privilegijs.

**3** In textu, ibi, Privilegio denu-

detur. Hæc pœna postea confirmata est in citato *cap. Vnico, de bigamis, in 6.* clerici propter bigamiam incursum privantur omnino privilegio clericali ipso facto, & subiiciuntur correctioni fori secularis, phibenturque deferretionisuram, vel habitum clericalem; sed discrimen est inter illius, & nostri textus dispositionem, quod ibi privatio imponitur ipso iure; at verò hic traditur non incurrenda; sed imponenda. Ita *Suar. de cens. disp. 49. sect. 5. nu. 4.* & confirmat *Trid. sess. 23. cap. 17. de reform.* ubi permittit conjugatis in minoribus ministeria ordinum exercere, ubi alij non fuerint, modò bigami non sint, iuxta *cap. Sanè, de cleric. coniug.* Quamquam in declarationibus *Trident.* ibi denotetur quod ut plurimum non servetur dispositio *Trid.* iuxta *cap. In sancta, infra, dist. 92.*

**4** In textu, ibi, Laica tantum

cõmunione concessa. Valde laborat *Vasq. & Suar.* in accomodanda pœna hac clericis in minoribus; siquidem ipsis non dabatur alia cõmunio, quam laicis; vel ergo nomine clericorum intellige constitutos in sacris contra resolutionem. Ceterum breviter accipe ex *Suar. citat. tom. de Sacram. in comm. art. 4. §. Est autem, ad 3. part. D. Thom. quest. 73.* clericos non solum in speciali loco, pro ut habetur in *Concil. Brachar. 1. cap. 31.* sed etiam proprio aliquo ritu, aut indutos vestibus, vel cum proprijs insignibus solitos fuisse cõmunicare, ut distinctio fieret inter ipsos, & laicos. At verò *Vasq.* sine fundamento dictum hoc esse putat; quæ propter ex *Cyrisso Hierosolymit. catechesi. 6. mystagogica,* non longe ante fin. ait laicos accipere propria manu speciem panis, ut

manducarent; sed calicem manu minimè tangere, quod tamen ceteris de clero permittebatur; nisi ob aliqua delicta, tactus ille interdiceret, & tunc vocabatur laica, aut peregrina, p. *Concil. Agathensi* 3. & 5. quia scilicet esset aliena a clericis, si consideretur eorum dignitas; nam quod est alienum ab aliquo; peregrinum ab eo dici consuevit. Ecce quomodo solum vestes deponi, iubeat *V. usq.* & in reliquis conveniat, & ambo confluant in assignando peculiari ritu, quo clerici distinguebantur à laicis, & eo privabantur ob patrata delicta. Adde posita ad cap. *Contumaces*, 21. num. 1. supra, distinctione 50.

5 In Glossa, Possidere, ibi, Incorporalia.

Ait Glossa, incorporalia possideri, quod intelligendum est de quasi possessione. *Greg. Tolosan. syntagm. juris*, p. 3. lib. 20. cap. 10. num. 10. & seqq. *Stephanus Gratianus disceptationum forensium*, tom. 4. cap. 732. à num. 61. usq. ad 74. qui plures refert. *Pichard. Instit. de rebus corporalib. & incorporalib. nam. 3.* Incorporales enim res traditionem, & usucapionem non recipere, probat textus in *l. Servus*, 43. §. *Incorporales*, ff. *acquirendo rerum dominio*, *l. Servitutes*, 14. ff. *de servitutibus*, *l. Vendicatio*, 57. ff. *rei vindicatione*, *l. Usucapione*, 9. ff. *de usucapionibus*.

6 Quæstio est inter iuris canonici professores, non mediocriter agitata, utrum sufficiat unicus actus ad acquirendam quasi possessionem iurium incorporalium? Duorum, vel tertium actuum multiplicationem necessario esse requisitam, tenuerunt *Ripa in l. 1. §. Interdicto*, num. 15. ff. *Quorum bonorum*. *Roman. cons.* 70. nu. 13. *Paris.* & *Cavalcan* quos refert, & sequitur *Flores de Mena var. l. 1. q. 2. num. 25.* *Cardinal. Tusch.* tom. 7. conclus. 34. num. 7. Nobis tamen contraria est opinio amplectenda, quæ absolute defendit sufficere unicum actum. Ita Glossa in cap. *Si verò*, 12. *de iure iur.* & in cap. *Cum Ecclesia*, de *causa posses.* quam ibi sequuntur *Cardin.* num. 3. *Rebuff.* num. 10. *Balb. de prescription. part. 5. q. 8.* *Covar. pract. cap. 14. num. 2.* & in *regul. possessor. part. 2. in princip.* num. 6. *Mascard, de probation. conclus.* 173. num. 8. *Camill. Borrel. in summ omnium decisionum*, tit. 32. num. 216. *Riccus in collectione decisionum*, part. 4. collect. 1454. *Gonçales ad regul.* 8. *Cancell. Glossa* 45. §. 2. num. 29. *Ceyallos commun. contra communem.* q. 717. num. 4.

CAP. Pòrro. VI.

S V M M A R I V M.

1. Vtrum presbyteri rectè dicantur seniores?

2. Canities maturam præsignat prudentiam.

3. Vnde Abraham nomen presbyteri habuerit?

4. Non annorum, sed morum numerus prudentiam monet.

5. In dubio præsumitur pro prudentia senis.

IN textu, ibi, Presbyteros, id est seniores.

Traditum fuit hoc præceptum Num. II. Ceterum Anacletus non legit iuxta vulgatam translationem, quæ habet. *Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint; & ibi senes, transcribit presbyteros: eundem meritò sentiens esse significatum: quemadmodum D. Cyprianus lib. 4. cap. 85. ad illud Levit. 19. Honora personam senis. legit, & honorabis personam presbyteri. Vnde nostri presbyteros ita dici voluerunt, propter sapientiam, quæ in senibus est sicut Lacedemonijs placuit sapientum Concilium; & Romanis senatum à senibus appellare.*

A senibus, nomen mite, senatus habet.

Consule *Lorinum in cap. 4. Sap. vers. 8. §. Placuit*, & in *Act. Apost. cap. 4. vers. 5. §. Hos presbyteros*, ubi nostrum textum refert. Sed quorsum spectata senectutis, apud Moysen eliguntur presbyteri? *Prodest enim*, inquit, *Hieronym. lib. de Abel. & Cain*, si non ad parandam perfectam virtutem, certè ad curam reipublica nosse opiniones priscas, & *Ogygas*. Nam admodum perinde est nociva novitatis suspicio. In confirmationem, observat *Cardinal. Baron. annal. anno 74.* proprium esse hæreticorum, novos supponere commentarios, sed antiquos simulare, seu pro antiquis venditare, arbitantium non esse habendos pro veris, nisi habeantur pro antiquis. *Lege de hoc argumento Vincentium Lirinens. cap. 6. & 7. ubi laudat, Martyres, quod religiosa vetustatis sint defensores. Mendone. in annotat. 2. proemij, sect. 2. in lib. Reg.*

In textu, ibi, Canities sapientiam designat.

Invenies in divinis litteris, Deum veneranda canities figuratum. *Daniel. 7. Capilli capitis eius quasi lana munda.* Quod inde aliqui fieri autumant, ut dierum antiquitas subinnuatur. Deo enim nihil antiquius; at verò *Viegas in Apocalyps. cap. 1.* ad illa verba, *Capilli erant candidi, tanquam lana munda*, ait, *sect. 9. num. 2.* meritò utroq. loco canum apparere, quia iudicem referebat, in quo rerum experientia, & cognitio per canitiam expressa, necessaria est; simplicius tamen. *Ambros. serm. 55. de Resurrect. Domini.* Canities est sapientia in hominibus. Collustrat exclamatio *Ecclesiastici 25. 6. 7. Quam speciosum canities iudicium* & presby-

3 *presbyteris cognoscere consilium! Quam speciosa veteranis sapientia! Vnde Levitici 19. præcipua erga senem caniciem præcipitur observantia, propter prudentiam, scientiam, & experientiam, aliasque similes qualitates, quas unico verbo, ex Chaldaeo Larinus (referens iterum nostrum textum) ubi nos coram cano capite consurgere legit, coram eo, qui est doctus in lege consurgere: Sed adverte, quod sicut non est perpetuum senectutis signum ipsa canities nam quibusdam multo citius, & nonnullis in ætate suprema non proveniat; tradit multis exemplis Palæotus lib. de bono senectutis part. 1. Sic maturi consilij non erit indicium? de quo infra.*

3 In textu, ibi, Senior, id est, presbyter nisi Abraham. Hæc appellatio Abrahami Genes. 24. habetur, erat autem Abraham senex, dierumque multorum, ubi ex sententia Turressem hic presbyter redditur pro seniori. Confirmat argumentum Procopius super illud Iosue. 23. Iosue longævo, & post senilis ætatis ubi verba refert, & si textum subtrahat. Huius cognomenti encomium inde sortitum Abraham, teste Anacleto, tum ob peritiam, rerumque omnium experientiam, testatur sacra pagina, interpretes, & antiqui historici, tum quod primus omnium clara voce predicavit unum esse Deum rerum universitatis conditor, Ioseph. lib. 1. Antiquitatum c. 15. De cætero ad felicitatem presbyterij eius contulit quod descendens in Ægyptum Mathematicam sacerdotibus tradidit, ut attingit Plato in Epinomide. Vnde scientiæ liberales à Chaldaeis per Abrahamum ad Ægyptios profecta, hinc ad Græcos tandem pervenerunt Platonem, Solonem, Pythagoram, Homerum, & Orpheum, qui ultimus cecinit de Chaldaeo, id est Abrahamo, cui soli se Deus patefecerit, & tam celebre ipsius nomen fuisse ait apud Ægyptios, ut in ipsorum exorcismis mentio fuerit Dei ab Abraham adorati, cultique, & de Aristotele tradit Alexandrinus 2. Stromat. solitum gloriari, quod litteras didicisset à quodam Iudæo, quod quanvis immediate, saltem mediate retulit Abrahamo, fortassis enim iste fuit, qui dictus Simon iustus, & frater Simonis Prisci, & apparatus pontificio, hyacinthina veste, cui aurum erat intertextum, & cidari in capite, in qua scriptum erat Dei nomen, comitatus suis sacerdotibus vestes sacras indutis, patentibus portis obviam sit Alexandro, qui alioquin eo animo veniens, ut urbem excideret, de equo exiit, & pedibus Pontificis prostratus, urbem multis muneribus, & privilegiis donavit, & inde ad matrem, epistolam insignem scripsit, sibi à sacerdote quodam revelatum Deos gentium, homines fuisse. Cyprian. de idolorum vanitate. & quia hoc de Abrahamo verificari non potuit, in eum tamquam originem, & fontem refertur, & semper in eius laudem redundat, ut qui in divinis

primus etiam publice fuerit post orbis lapsum, & repleret omnia facellis, & altaribus, quocumque transibat, inde voluit impiissimus Mahometes, suæ Mæchæ templum opus esse Abraham, & quia reliquarum scientiarum primas agebat, in quodam Græcorum canone libros concipisse asseritur, quod & affirmat Mahometes in Alcorano, & Hebræi hodie, esse libellum Ierisrâ de formatione rerum, vanissime ostentant. Tanta fuit illius presbyteri prudentia, ut ad illam contugiant perditissimi, impudicissimi, & imprudentissimi mores. Lege Genebrard. lib. 1. & 2. Chronographia, & Didacum fiel. Contreras in prosapia Christi ætate 3. cap. 1. s. 4. 5. & 6.

4 In textu, ibi, non propter decrepitam ætatem sed propter sapientiam. Ideo notat Abulensis, ad citatum locum Num. quasi. 39. senioris nomen non includere comparisonem ætatis, alioqui oporteret esse decrepitos, qui minus apti sunt ad rempublicam gerendam, quod nec Plutarch. in opusc. quod sen. gerend. sit respul. nec citatus Palæotus nec Cicero Dialogo de senectute negaret. Sed prius, & melius Greg. cap. 19. Moral. profecto liquet, quod senectus mentis, non corporis eligenda nunciatur, & Philo initio lib. de illis verbis respuit Noë, eandem invexerat doctrinam. Nam ubi ætas sine prudentia, senectutis species, non tam veritas est, ubi verò probitas sine canis, & rugis, ibi dignitas, & authoritas minime desiderabitur. Vnde de Paulo Emilio dicit Valerius Max. lib. 3. c. 1. indignum est cum honori non dum tempestivum videri, qui virtuti maturus sit, & Cicero Philipp. 5. virtutis esse ait, non ætatis cursu celeriore, & ætate virtute superari; ergo quantumcumque prisca sapientes ad publicorum honorum, & magistratum gradus suas ætates gradiores constituerint, de quibus Tacitus lib. 4. Hist. & lib. 3. Annal. ubi Lips. & in excurs. lit. D. Livi lib. 4. et L. Villia. annal. Ovid. 5. Fastorum, Paul. Manutius de lib. Rom. Nicolaus Gruchus lib. 1. de comitijs Pap. Rom. cap. 3. Alexand. Neapol. lib. 3. cap. 3. & lib. 4. cap. 6. & 11. Tiraquel. de iure Primogen. in præfat. n. 79. & de temperand. panis causa 51. num. 151. Rosin. antiquit. Rom. lib. 8. cap. 5. Calvini Vultetani del. Roman. in Villia. annal. & apud Athenienses Sigonius lib. 4. de repub. Atheniens. cap. 1. omnes tamen non verebuntur nostram cum textu moderationem fateri. Lege Pined in ecclesiasten, cap. 10. vers. 17. ubi plura n. 11. & deinceps, & Patrem Iustinianum sup. 1. ad Corinth. 14. num. 20. & Soto Mayor 1. ad Thimoth. 4. nu. 12. Nemo adolescentiam tuam contemnat. Præter citatos adde Tiraq. de iure primogen. in præfat. n. 88. nam Esaias 65. puerum centum annorum vocat senem, qui moribus est puer, & ut talis erit honorandus, cuius sit mentio in cap. Paulus & in 6. qui s. Quibus ergo 2. quasi. 7. notus est versus.

Stabilita est, quæ te non finit esse senem.

Quem citant Glosa, & Hostiens. in cap. cum in iurē-  
tate in verbo frequentius de presumption. & id cir-  
co findi ætati senium nullam tribuunt præro-  
gativam, nisi prudentia excellant strabo lib. 15.

- 5 Sed in dubio præsumendum est prudentiam,  
& sapientiam cum ætate crescere, ut quod quisq;  
senior est, eò præsumatur prudentior Bald. in  
cap. 1. in princip. per illum textum extra de re-  
nuntiatione. Unde Hieronymus ad Nepotianum omnes,  
inquit, pene virtutes corporis mutantur in senibus, cres-  
cente sola sapiētia, & paulo post: sevectus ætate fit do-  
ctior, usu prudētor, processu temporis sapientior, & Ari-  
stoteles alicubi scribit vires pollere in iuveni-  
bus, prudentiam in senioribus, prout retulit  
Bald. in repetit. l. 1. col. 4. vers. sed pone robustas Cod.  
unde vi. Idem lib. Circulatum, quest. 30. cap. 3. Ratio  
iuniorum ex Aristotele; quia prudentia non nisi  
experientia, quæ actibus acquiritur, comparari  
potest; ergo quod plures fuerint actus, eò erit  
experientia certior: ergo & prudentior. Ita  
Tiraquel. de iure primogen. in præfat. num. 89. in fine,  
ubi nostrum textum adducit.

## DISTINCTIO. LXXXV.

### CAP. Archidiaconum. I.

#### SUMMARIUM.

- 1 Senes apti ad præfecturas ecclesiasticas,  
& civiles.
- 2 Senes iure communi arcentur à bello.
- 3 Episcopi hospitalitatis amici esse de-  
bent.
- 4 Episcopus tenebatur scire memoriter  
psalmodiam. Utilitas ex psalmodia.
- 5 Cur introducta in iuramento evāgelio-  
rum tactio?
- 6 Tactio Evangeliorum aliquando neces-  
saria ad effectus iuris.
- 7 Quomodo tangenda sunt evangelia, cū  
tactio postulatur.
- 8 An iuramentum non ascendendi ad  
episcopatū, liceat, & obliget? & nu.  
9. & 10.
- 11 Vtrum regularis possit cogi à suo præ-  
lato, ad acceptandum Episcopatum?
- 12 Vtrum sic iurans teneatur obedire Pō-  
tifici extra ecclesia necessitatem?

13 Vtrum ex pacto coniugum dirimi pos-  
sit matrimonium?

14 Clerici de gremio ecclesia præferendi  
sunt alijs, & originarij peregrinis.

15 Seniores iunioribus præferendi sunt  
in electione ad officia.

16 Reijcitur opinio Glosa, & multorum?  
17. & 18.

## IN textu, ibi, Ætatis senio.

Non semper legitima excusationis causa  
est senium: maximè cum illud doctrina,  
prudentia, & experientia comitentur, notant  
scribentes ad cap. litteras de renunciat. imò ipsa  
senilis ætas plurimum conferre debet, ut quis  
in episcopum, & prælatum eligatur, ex Casia-  
doro lib. 6. de anima, Averroë in lib. Platonis de Repub.  
tract. 1. Claudio de officio Iudicis lib. 1. Hinc Græci,  
Romani, Lacedæmonij Chartaginenses, Persæ,  
Hebræi, atque aliæ pene nationes iuvenes à  
sua rep. atcebant, admittebant autem tantum  
senes, authoribus Tiraquel. de primogen. in præfatio-  
ne à num. 161. Azevedo in l. 6. tit. 3. numer. 10. in fine,  
lib. 3. recopilat. Pas in l. 2. Tauri. num. 54. Simanch. de  
repub. capit. 7. Bebuf. de pacif. possess. 4. limit. Gregor.  
synugmat. iuris 3. part. lib. 47. cap. 25. num. 12. & cap.  
9. à num. 16. Quod collige, nisi ad eò decrepita  
sit senectus, ut tenes reddat ad officia ineptos,  
l. 2. §. quam ita, & l. penult. in principio, ff. de vacat.  
muner. Glosa in cap. 1. verbo, senectus de renunciat.  
Peres in proemio tit. 3. lib. 2. ordinam. verbo, vicin.  
Segura in director. iudicis part. 1. capit. 4. numer. final.  
Archid. in cap. tanta 86. distinct. & alijs, ubi plura  
de hac re.

At certum est, senes excusari à multis, ut à  
militia, à qua excusantur, qui quinquaginta  
quinque annorum fuerint l. 2. §. maiores, ff. de  
Decurionibus, l. manifesti 3. ubi Glosa fin. Cod. qui  
ætate lib. 10. ubi Bart. Lucas de Peña, & Platea nu. 1.  
Ripa de peste titulo de remedijs ad curandam pestem n.  
222. Avendan. de legibus præf. lib. 1. cap. 19. numer. 24.  
vers. 3. Menoch. de arbitr. casu 59. num. 5. Thomas Ar-  
tius de infirmitate legali, 1. part. cap. 19. n. 21. Florean.  
in l. inuiti, ff. de testibus prout illum refert Greg. Lo-  
pes l. 3. tit. 19. part. 2. Lusitanæ tamen leges, &  
Castellanæ alias ætates determinarunt; nã Lu-  
sitana non excusat à militia ante 60. annum, ut  
videre est in regimine militari, quod vocant  
Regimento das Companias, §. 9. incipit O Capitão  
Mor, ibi, nem de 60. annos pera suma. Castellana 3.  
tit. 19. part. 2. requirit 70. annum, utraque for-  
tasse propter Glossam in l. 2. Cod. ijs, qui non im-  
plent stipendium lib. 10. ubi tenet, senem esse qui  
60. aut 70. annum habet. Vide Cabedum 2. part.  
decisionum decis. 29. num. 3. Neque solùm à bello,  
sed etiam à longis, & periculosis itineribus  
senes



senes esse excusandos, cessavit Tiraquel. de iure primogen. in prefat. num. 211. Alciat. de presumpt. reg. 1. presumpt. 53. Menoch. eodem tit. & tractatu lib. 6. presumpt. 46. num. ultimo. Hinc fit, ut (cum Romæ iter, & accessus ad Romanum Pontificem nimium difficilis, ac periculosus sit) senes clericum percutientes non teneantur adire limina Apostolorum, sed à suo episcopo absolvi possint. Notavit Sylvest. in summa, verbo, absolutio 4. n. 3. Thomas Art. in tract. de infirmit. part. 2. in verbo, absolutio num. 4. & 5. Bellet. disquisit. clerical. part. 1. titul. de favore clericorum canonis, §. 3. num. 26. Sayr. de censur. lib. 3. cap. 28. num. 25. Quod etiam intelligit de illis senibus, qui viridem senectutem, viresque habent integras. Carolus de Grassis de effectibus clerical. effect. 9. num. 160.

3 In text. ibi, In domo eius amicus. Pulchrè de hoc electo in episcopum obiectum, ut à munere repelleretur, quid enim ineptius, quam eum ad episcopatum assumi, qui ne sciat amicis, & pauperibus domum suam aperire, cum episcopi ostia misericordiae in sacris litteris appellentur, ut acute expendit Blasius Viegas in Apocalypsim, cap. 2. comment. 1. sect. 7. num. 4. ad illa verba 3. Regum 6. num. 32. ibi duo ostia de lignis olivarum, & 2. Paralip. 3. num. 10. legè etiam, quæ piè, & erudite conglobat in suo stimulo pastorum, quem ex sanctorum patrum sententijs concinnavit Sanctissimus, ac sapientissimus Frater D. Bertholomeus à martyribus Archiepiscopus Bracharensis, & Hispaniarum Primas part. 2. cap. 3. Item quæ Sanctus Bernardus epistola 42. ad Henricum episcopum Senosensem, latissimè insignis frater Ludovicus Soto maior in epistol. 2. ad Thimoteum cap. 3. verbo, Hospitalem, fol. 437.

4 In textu, ibi, Psalmos ignorat. Omnem oportebat in episcopum eligendum tenere è memoria psalmodiam. Habes in cap. Innes dist. 38. & cap. qui episcopus distinctione 33. De utilitate ex psalmodiarum scientia, meditatio, & usu, habes plura, & pulchra in S. Ambrosio, prefatione in psalmos, in Ruperto, eadem prefatione, ex quibus nonnulla Franciscus de Mendoza tom. 1. in libros Regum, in prefatione Cantici Annæ matris Samuelis, ibi, vide.

5 In textu, ibi, Vel si tactis sanctis Evangelij. Cur introducta sit in iuramento rerum sacrarum ut Evangeliorum, missalis, Crucis, & aræ tactio? Tractat optimè Suarius lib. 1. de iuramento cap. 12. num. 6. Verum scias ad substantiam iuramenti, non desiderari contactum alicuius rei sacræ, quia iuramenti substantia consistit, in vocatione Dei in testem ut probat Sanch. lib. 3. de iuramento cap. 1. num. 1. & tactio ista, est quid merè accidentarium, lege Covar. in cap. quavis pactum

1. part. §. 1. nu. 1. Cevallos in suis questionibus præfata questione 407. num. ultim. Sanch. proximè citatum num. 3. Aliquando tamen tactio ista rerum sacrarum Evangeliorum, ita requiritur in iuramento, ut sine illa non obliget in foro exteriori, nec valeat quo ad iuris effectus: ita docet Glossa in cap. ut circa, verbo, corporali, de elect. in 6. ibi Arch. num. 2. Anchar. num. 7. Dominic. num. 2. Francus, num. 9. Glossa in Clement. 1. de hereticis, §. pòro, verbo, tacta, & ibi Cardinalis eodem §. n. 3. quest. 1. Anchar. ibi, §. Sane. num. 7. Imola eadem Clement. numer. 162 Bonifac. quest. 37. num. 111. Bald. in authentica sacramenta puerorum, num. 7. Cod. si adversus venditionem, Anton. in cap. fraternitatis ad finem, Felin. num. ultim. Abbas in fine de testibus, & attestat. idem Abbas in cap. & si Christus num. 10. de iure iurando, sylv. verbo, iuramentum quest. 1. in fine, Covar. cum multis in cap. quavis pactum, §. 1. num. 2. Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 108. num. 14. & in præcepta decalogi lib. 3. capit. 1. num. 3. Reginal. in praxi fori panit. lib. 18. cap. 1. nu. 10. Verall. decis. 123. lib. 2. & decis. 246. numer. 1. eiusdem lib. 2. Franc. Marcus decis. 377. num. 1. volum. 1. Christophorus de Pace in scholijs ad leges styli 204. numer. 1. Nicolaus Garcia de benef. part. 5. cap. 4. num. 171. Camil. Borel. in summa omn. decis. tit. 60. de iuramentis num. 394. Imò etiam Mascard. concl. 1358. nu. 42. affirmat, illum hominem, qui manibus caret, iuratum testimonium dicere non posse.

7 Qualis vero debeat esse hæc tactio libri Evangeliorum, & quo membro faciendâ sit cum à iure postuletur, ut in cap. laudabilem de frigidis, & maleficiat. videri possunt Glossæ citatæ num. proximo in cap. ut circa de electione in 6. in clement. 1. §. Pòro, de hereticis, Abb. in cap. & si Christus de iure iurando, & in cap. fraternitatis de testibus & alijs per Covar. ubi proximè Sanch. d. lib. 7. disp. 108. nu. 14. Ad quem Suarius lectorem remittit lib. 1. de iuramento cap. 12. num. 6. & quidem satis aperte hanc materiam ibi tractat. Sanch. qui omnino videndus erit. Notabis tamen, etiam in casu, quo iura tactum Evangeliorum requirunt, ad obligationem externam, & iuris effectus obligari in conscientia, eum qui iurat sine tali tactu, ut in specie advertunt Sanch. & Suarius locis proximè citatis.

8 In textu, ibi, Nunquam se ad episcopatum accedere. Celeberrimus est hic textus, ut pote cuius meminere pene omnes Canonistæ, & Theologi, quos in sequentibus conclusionibus citabimus; dum quærent. Vtrum iuramentum, aut votum, non procurandi, ac accipiendi episcopatum sit licitum? Sit Prima conclusio. Votum, vel iuramentum non procurandi episcopatum est omnino licitum, & obligat. Ratio est quia episcopatum procurare est contra humili-

humilitatem, & proinde illicitum, hanc dicit  
 comanem, Sanch. tom. 2. Decalogi lib. 6. cap. 18. num.  
 30. & probat ex D. Thoma communiter recepto  
 2. 2. q. 185. art. 1. & ex D. August. lib. 9. de civitate  
 Dei, cap. 19. & refertur in cap. episcopatum, §. quest.  
 1. & ex D. Gregorio lib. 7. epistola 110. refertur in  
 cap. fin. §. questione 6. ex D. Chrysostimo homil. 35. in  
 Matth. ex Divo August. epistola 148. ad Valerium re-  
 fertur in cap. ante omnes dist. 40.

9. Secunda conclusio. Votum, vel iuramentum  
 non acceptandi Episcopatum in nullo casu, in di-  
 resistendi superiori acceptare iubenti, est om-  
 nino illicitum, & peccaminosum, nec obligat.  
 Probat quia, necessitas proximi, & ecclesie  
 urgere potest, cui succurrere quis tenetur, &  
 obedire superiori qui id valeat precipere, ita  
 expresse docet Archid. in cap. elect. n. 2. & ibi Ioan.  
 Andr. n. 3. de elect. in 6. Sylva. verbo, episcopatus qua-  
 stione 3. in fine. Suarius de iuramento lib. 2. capit. 13.  
 v. 13. Sanch. tom. 1. Decalogi lib. 4. cap. 8. num. 37.  
 & tom. 2. lib. 6. cap. 18. num. 30. & in hoc sensu lo-  
 quuntur Glossa hic verbo, Sanctis, & in cap. fin.  
 verbo, confirmavit 22. quest. 4. Abb. in cap. si vero,  
 num. 4. de iure iurando, & ibi Alex. de Nevo numer. 2.  
 Belbama num. 16. in prima solutione. S. Anton. 2. part.  
 titulo cap. 6. casu 31. Furinius de ultimo fine, illatione  
 20. princip. li. num. 3. Angelus, verbo, iuramentum §.  
 num. 3. Sylvest. verbo, iuramentum quest. 1. casu §.  
 Navar. in Man. cap. 12. num. 16. S. Thomas in 3. dist.  
 39. q. 1. art. 3. questiuncula 1. ad 3. & ibi Richardus  
 art. 2. quest. 3. Palacios in 4. dist. 38. disp. 1. fol. 826.  
 columna 1. Barbosa l. alia 15. §. elegante, num. 28.  
 & 30. ff. soluto matrim. Azor tom. 2. inst. lib. 11. cap.  
 1. quest. 1. §. Quæritur.

10. Tertia conclusio. Votum, vel iuramentum  
 non acceptandi Episcopatum, quantum est ex  
 parte promittentis, vel iurantis, nisi præcepto  
 aliquo (sive id præceptum sit ex iure naturali,  
 sive ex positivo ecclesiastico) constringatur ac-  
 ceptare, est licitum, ac proinde obligatorium  
 sub mortali. Ita D. Thomas 2. 2. q. 185. art. 2. in cor-  
 pore, & quodlibet §. artic. 22. in corpore, & ad 2. quæ  
 Sanch. citatus tom. 2. Decalogi lib. 6. cap. 18. num. 33.  
 dicitur ab omnibus receptum. Alens. 3. part. quest.  
 31. membro 4. art. 4. §. 1. D. Bonavent. in 3. dist. 39. art.  
 3. quest. 3. num. 55. Host. in summa tit. de voto num. 4.  
 Arch. in cap. fin. 22. quest. 4. v. 5. & hic num. 4.  
 ubi etiam Dominic. Præposit. & Turrecremat. nu. 13.  
 Rom. singulari 507. quod in nova edit. est. 507.  
 Alens. in sum. 2. part. lib. 6. tit. 43. art. 1. q. 6. S. Anton.  
 3. part. tit. 20. cap. 2. §. 6. fin. Sotus lib. 10. de iust.  
 quest. 2. art. 2. ad 3. Cordub. in summa, questio 154.  
 Guier de iuramento 2. part. cap. 72. num. 9. Emmanuel  
 Rodrig. tom. 2. summa cap. 94. num. 19. Ribadeneira de  
 inst. Societatis Iesu cap. 21. Valent. 2. 2. disp. 10. quest. 3.  
 part. 2. quest. 2. conclusio 1. in fine. Suarius tom. 2.  
 de religione lib. de iuramento cap. 13. Sanch. tom. 1. De-  
 calogi lib. 4. cap. 8. num. 37. & tom. 2. lib. 6. cap. 18. nu-  
 33. ubi egregias pro hac conclusione rationes

adducit. Item Sanctorum exempla recusanti-  
 episcopatus acceptare ut constat ex Rufino lib. 2.  
 historia cap. 11. & Socrate lib. 4. cap. 25. Divo Augustino  
 epistola 148. S. Gregorio epistola 3. 4. 6. 29. 30. libri  
 primi. Non præmittendum nollis auctore fratre  
 D. Bartholomæum de Martyribus è dominica  
 na familia, præcepto obedientie coactum fuisse  
 se Archiepiscopatum Bracharensem acceptare,  
 re, ut de eo refert insignis vir frater Lodovicus  
 Granatensis, qui ut Provincialis præceptum im-  
 posuit, ut ipse refert epistola nuncupatoria ad  
 D. D. Ioannem Ribeira Episcopum Dacensem,  
 præfixam cõcioni quam ipse Lodovicus Gra-  
 natensis habuit in consecratione D. D. Anto-  
 nij Pinarij in Episcopum Mirandensem an-  
 no. 1565. Item frater Lodovicus de Souza nobilis  
 actorum eiusdem D. fratris Bartholomæi de  
 Martyribus scriptor lib. 1. cap. 8.

Sed merito circa hoc votum, vel iuramen-  
 tum non acceptandi episcopatum, in terminis  
 tertie conclusionis, id est non accedente præ-  
 cepto obligante ad acceptandum. Duo quærent  
 Primum Vtrum sic vovens, vel iurans, si fue-  
 rit regularis, possit cogi à suo superiori regula-  
 ri, ut acceptet. Respondendum cum Valentia  
 2. 2. quest. 3. disp. 10. puncto 3. col. 5. concl. 6. quem  
 sequitur Sanch. tom. 1. Decalogi lib. 4. cap. 8. nu. 38.  
 nullum superiorem regularem subditum suum  
 ad hoc obligare posse, quia cum per episcopale  
 dignitatē liber sit regularis à subiectione obe-  
 dientie suæ religionis, absurdum esset ad hoc  
 obligati posse. Nec quia de multis legamus ita  
 obligatos fuisse, ut proximè de fratre D. Bartho-  
 lomæo de martyribus obligato sub excomuni-  
 catione à fratre Lodovico Granatensi, ideo cre-  
 dedū est talē obligationē vim habuisse, ut satis  
 acute insinuat citatus frater Lodovicus de Sou-  
 za, cum factum hoc narrat. Cæterum humilem  
 & miræ obedientie fuisse supra dictum Archie-  
 piscopum Bracharensem certum est, quem vel  
 umbra præcepti deterrebat, ut iussis alioquin  
 non obligantibus, ut veris, & efficacibus ac-  
 quiesceret.

Secundum quod quæri posset, est. Vtrum si  
 extra ecclesie necessitatem, sed ex libera elec-  
 tione Summus Pontifex vellet, ut sic iurans,  
 vel vovens, fieret episcopus, teneretur illi obe-  
 dire? Respondendum tenens, quia in eo voto  
 censetur semper exclusa auctoritas Papæ contra  
 præcipere volentis. Ita Hostiens. in summa tit. de  
 voto num. 4. Alens. sum. lib. 6. 2. part. tit. 43. art. 10.  
 quest. 6. Abulens. in cap. 30. Numerorum questio 58.  
 Sanch. tom. 2. Decalogi lib. 6. cap. 18. num. 39. & tom.  
 1. lib. 4. cap. 8. Contra Hugonem relatum ab  
 Hostiens. ubi proximè.

In textu. Notat Barbosa 2. parte rubricæ, ff. de  
 iur. iur. l. si quis in iur. num. 75. & ex co-  
 Rebellus

Rebellus 2. p. de obligationibus in iustitia lib. 3. de impedimentis matrimonij quest. 4. sect. 3. num. 25. argumēto huius capituli non posse coniuges contrahere, ita ut inter se paciscantur, ut per nullā professionem matrimonium eorum dissolvatur ante consummationem, quia nō possunt sibi auferre potestatem mutandi status, & ad frugem meliorem transeundi. Vide loca allegata.

14 In Glossa, verbo, singulorum.

Nota primū examinari electum, de propria ecclesia, quam de extranea, quia qui sunt de gremio alicuius ecclesie alijs antepōndi sunt, cap. nullus in iuris, & cap. quid proderit dist. 61. Dixi iam in cap. neminem dist. 70. num. 22. & etiam originarij præferri debent peregrinis, ex Alciato de presump. reg. 1. presumptione 37. num. 1. Cassaneus in cath. Gloria mundi, considerat. 82. part. 10. & part. 11. considerat. 22. Menoch. lib. 5. de presump. q. 72. num. 5. Avenda. de exequend. mandat. part. 1. cap. 19. num. 17. Azevedo l. 14. num. 10. tit. 3. lib. 1. nova recop. Cabedo part. 1. decis. 2. num. 8. Melch. phabo decis. 67. num. 11. Ratio est quia præsumitur magis diligere patriam, ut optimè probat Rebuffus in Auth. habita. Cod. ne filius pag. 594. Mench. Illust. cap. 5. num. 16. & cap. 11. num. 31. Flamin. paris de resignatione lib. 5. q. 3. à num. 142.

15 In eadem Glossa, ibi, Maiores, & Seniores.

Docet Maiores, & Seniores semper præferri in electione minoribus, probat cap. Episcoporum distinctio. 74. & cap. Ordinationes distinctio. 75. de hac præferentia videndus erit Sebastianus navi ad l. 2. ff. de vocation. munerum. Guillelmus in cap. Rainuntius de testamentis, verbo, in extremis, num. 6. Pineda in vita Sancti Joannis Baptista lib. 2. pag. 97. Hinc natum proverbium apud Senecam, Plus valet umbra senis, quam ensis, & loquentia divitis, sed Aviles in proemio ad capita pratorum, num. 18. pag. 17. legit, & refert ex Baldo Plus valet umbra senis quam ensis iuvenis. Legge Melchior Phab. lusit. decis. 66. ubi invenies iudicatum esse à Senatu supplicationis, Decurionem vulgo Vreador, qui sit maior in ætate, præferendum esse iuniori, etiam si prius acquisierit possessionem. Adde Divum Hieronymum ab ipso Melchior Phabo citatum, qui affirmat ideo, Senioreni Iuniori esse in electionibus præferendum, quia Senectus ætate fit doctior, usu tutior, processu temporis sapientior, & nos à iibi, aliò ponderavimus.

16 In Glossa, verbo, Sanctis, ibi, propter hoc nō repelleret.

videtur sentire propterea Sanctum Gregorium iussisse inquirere de tali iuramento, ut propter illud, tanquā propter grave crimen repelleret ab episcopa-

tu Florentinum Archidiaconum, quod etiam subiudicavit Abb in cap. Si verò de iure iurando num. 4. Selua de iure iurando, 3. part. quasi. 1. num. 21. ubi alios refert præsertim Angelum iuramento 5. nu. 3. D. Anton. 2. part. tit. 10. cap. 6. §. 3. casus vers. quintus modus. Sylvest. iuramento 4. n. 1. vers. 5. Unde consequenter intelligunt Archidiaconum iurasse in terminis nostræ secundæ conclusionis pro ut ibi eos citavi; sed displicet hic sensus Suario tom. 2. de Religione lib. 2. de iuramento cap. 13. num. 14. quia cum iuramentum fuit generale, nec de intentione iurantis constat, de licitis intelligendum est, ut optimè ex Glossa hic verio tunc præsumo. Ex cap. Ad nostram 21. & cap. venientes 19 de iure iurando probat idem Suarius, & tenet hic Turrecremata art. 1. num. 3. Adde semper in dubio præsumendum emissum esse iuramentum in casu licito, cum in dubio delicti præsumptio fugienda sit, l. merito, ff. pro Socio. Item cū quis actum facit, qui potest uno casu esse permissus, & alio casu prohibitus, semper præsumendum sit factum in casu permissio, ut cum multis tradit Menoch. de presump. lib. 3. presump. 12. num. 65. & lib. 5. tota presump. 2. Vltimò quia, in dubio præsumendum semper sit pro actus valore, ex eodem Menoch de presumptionibus lib. 3. presump. 29. num. 45. & lib. 6. presump. 4. n. 1. & sequentibus. Hostiens. in summa tit. de voto. Astens in summa 2. part. lib. 6. tit. 43. art. 1. quest. 6. Avulensis in cap. 30. Numerorum quest. 57.

In Glossa eodē verbo, Sanctis.

17 Ait Gloss. etiā in casu quo Archidiaconus Florentinus exciperet à iuramento suo, non accipere episcopatum, nisi obligante charitate, & necessitate proximi, & superioris volentis acceptationem præcipere (de quo nos in tertia conclusione) adhuc per casse venialiter, quia temere iuraverit, sed omnino rejicienda est hæc doctrina; nam cum probaverimus votum, tum temporis esse licitum, & simpliciter de meliori bono, & ex se meritorium, non est hic unde peccatum colligatur. Ita Suarius expressè contra Glossam, quam rejicit dicto lib. 2. de iuramento, cap. 13. num. 13.

In Glossa eodē verbo, Sanctis.

18 Ait hoc iuramentum non obligare Archidiaconum Florentinum, sed illo non obstante adhuc potuisse eligi ad episcopatum, & illum acceptare, sed nulla ratione admitendum est, cū dixerimus hoc iuramentum licitum esse, ac de meliori bono.

## DISTINCTIO. LXXXVI.

## IN SUMMA.

## SUMMARIUM.

- 1 Quare maxime requiratur scientia in episcopo?
- 2 Qui gradus scientia? Quid de iure no-  
viori? n. 3.
- 4 Qua qualitas scientia?

**I**N textu, ibi, Doctorem autē oportet esse episcopum. Divi-

narū, tum etiam humanarum rerum scientia commendari debent episcopi, iuxta cap. cum in eunctis de electione, nō enim sufficit probitas morum, nisi probitas litterarum reperiat in eis, qui populo præficiuntur, iuxta cap. qui ecclesiasticis sup. distinctione 36. ne tunc discere cogantur, quando alios debent edocere. Confirmat Cæpenile in diversor. iuris rubric. 5. cap. 4. num. 2. ex eo, quia Episcopi habent potestatem coactivam in laicos omnes, etiam Reges, circa res tēporales, per Franciscum Bozium in suo opere de tempor. Eccles. Monarch. lib. 2. cap. 1. habetque in eisdem laicos vim punitivam in vitijs, & delictis, per eundem Bozium lib. 3. cap. 4. eiusd. part. 1, ergo qui episcopatus dignitate fulget, aliorum debet esse doctor, cap. convenientibus 1. questione 7. §. 1. in Authent. de sanctissimis episcop.

2 Quæ autem scientia, seu gradus illius, & qualitas in episcopis requiratur? Novissime per Trident. sess. 22. de reformat. cap. 2. ea postulatur, quam muneris sibi iniungendi necessitati satisfacere possint; neq; eminentis desideranda, sed cōpetens toleranda. Textus in c. nisi eam pridem, pro defectu de renunciat. ubi Hostiens. n. 14. Bal. n. 3. Abb. in c. alt. n. 4. de astate, & qualitate Glossa in c. Vilissimus 1. quest. 1. Viri namque eminentis scientiæ vix reperiuntur, cap. Venerabilis de prabend. Quapropter si quis in universitate studiorum Magister, Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel iure Canonico, aut publico alicuius Academia testimonio idoneus ad alios edocendos ostendatur, & si regularis fuerit à superioribus suæ religionis, similem fidem habeat iam satis commendabilis scientiæ esse, demonstrabitur, & dignus tali munere censebitur.

3 Cæterum Gregor. 14. per constit. quæ incipit Onus Apostolica relata à Quaranta, verbo, electio,

addidit dispositioni Tridentini peculiarem diligentiam adhibendam circa scientiam promovendi ad episcopatum, ita ut Doctoratus, aut Licentiaturæ gradus nemini suffragetur, sed de eius doctrina diligens fiat inquisitio, aut ex aliqua publica functione illud esset notorium. Postmodum verò Clemens VIII. statuit, quotquot assumendi in Episcopos pro regione Italia, coram ipso in urbe Roma, & Sacra Congreg. Cardinal. aliorumque peritorum prælatorum, unius horæ spatio, flexis genibus interrogarentur de ea scientia, quam profitebantur, & idonei reperti admitterentur, sin minus reijcerentur, quo examine uti dicitur non solum eum eligendo; sed etiam eum transferendo ex una ad alteram ecclesiam; modo nō fuisset à Summo Pontifice creatus episcopus, quia tunc semel examinatum, & approbatum, denuo examinari non curabat. Quem morem secutus est postea Paulus Quintus. In Gallia verò, & Hispania coram S. R. & Cardinalibus Legatis ibi existentibus, & illis deficientibus, coram Nuncijs, Patriarch. Primatibus, Archiepiscopis, episcopis de speciali Papæ mandato, & alijs viris doctis fit examen, & non alias ad regimina ecclesiarum admittuntur. Vide Henriq. in summa part. 2. lib. 10. cap. 16. §. 2. litt. R. & cap. 33. §. 2. & lib. 14. capit. 9. §. 1. vers. gradus. Menoch. de arbitrar. casu 425. num. 35. Petrus Alphons. de Vasconcel. in harmon. rubr. iuris Canonici in de astate, & qualitate, numer. 4. Azor instit. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. quest. 9. & lib. 6. c. 6. q. 1. Lessium de iustit. lib. 2. c. 34. dub. 24. Gonz. ad regul. 8. Chancell. Glossa 4. num. 67. Cened. ad Decretum collect. 51. numer. 4. in fine. Regis praxi fori lib. 30. tractat. 3. num. 171.

An autem præferendus Theologus Canonice in assecutione episcopatus? Disputant facile multi: sed ego facilius superederem questioni, ne odium parerem, dum veritatis viam paricio enim omnem comparisonem meritotium esse odiosam. Sed quia eam nō tracto inter personas ipsas, & earum merita specialia, sed inter facultatis conditiones, & qualitates, scientiæ ideo breviter dico. Quod ubi hæreses pullulant, præferendus Theologus. Ita Henriq. in sum. lib. 10. cap. 33. §. 2. litt. E. Bobadil. in sua politica lib. 1. c. 6. n. 14. Emman. Rodrig. tom. 1. regul. 9. tit. art. 4. Azor. instit. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. quest. 10. Cened. ad Decretum collect. 51. num. 5. In pertinentibus verò ad forum iudiciale præferuntur Canonistæ. Ita Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 7. num. 49. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 2. cap. 17. q. 3. & part. 3. lib. 1. cap. 3. q. 4. Emman. dict. art. 4. & in materia de usuris standum Canonistis vivi. tom. 8. commun. lib. 1. tit. 10. de decimis, num. 15. Geminau. de usuris comment. 4. §. 4. num. 87. Gaspar. Rodrigues de annuis redditibus lib. 3. questione 4. à num. 64. Morder. de iuris dict. part. 2. cap. 7. num. 13. & in cons. 2071.

*novissimarum voto 14. num. 5. Mantica de tacitis, & ambig. convent. lib. 2. tit. 1. nu. 58.*

C A P. Inferiorum. I.

S Y M M A R I V M.

- 1 Quid peccet iudex, aut praelatus ratione muneris?
- 2 Aliorum peccata referuntur in dissimulantes praesides.
- 3 Omnis iniquus, pestilens dici potest.
- 4 Ultorem, & non tutorem sentiant flagitiosi?

**I**N textu, ibi, Culpæ. Negligentia in iudice, seu praelato, in ijs quæ facere tanetur ratione officij est peccatum mortale. *Cosmas in pragmat. Sanction. in proemio, verbo, neglecta sol. 35. Navar. in cap. contrarium, num. 18. de penitent. dist. 5. Vide supra nonnulla de hoc argumēto.*

**I**n textu, ibi, Ad nullos magis referendæ. Nam qui negligētem se prælatat in impediēdo malo; auctor videtur ad committendum. Imò Augustinus quæstione 146. in Exodum, ad illa verba; *Dissipavit eos Aaron, inquit, Magis enim dictum est, dissipavit eos Aaron, quoniam cessit eis, quam dissipaverunt se ipsi qui tantum malum (scilicet fac nobis Deos) flagitaverunt. Vnde David Psalm. 18. ab occultis meis munda me, & ab alienis parce servo tuo, de subditorum peccatis veniam sibi precatur, advertens, ait Euthymius, reges, & dominos obnoxios esse peccatis servorum, & dominorum. Confirmatur ex novem, quos Theologi solent numerare modos, quorum quolibet idem peccatum incurritur, opere ab alio patratum, nempe consilio, ut Caiphæ, & Herodiadis, iussione, & sententia ut Davidis de Vna, Pilati de Christo, consensu, ut Sauli de nece Stephani, irritatione, & provocatione, ut uxorum Iob. & Tobiz, vana laudatione iuxta Isaiam. 3. vers. 12. Popule meus, qui te beatum dicunt; ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. Silentio nec monendo, nec corrigendo; quapropter, clama necces Isaiæ 50. num. 1. Dissimulatione, connivendo, & impunitum relinquendo, quo nomine reprehensus Saul. 1. Reg. 13. num. 16. & Achab. 3. Reg. 20. num. 42. Participatione, ut in furto, & adultério, &c. Patrocinio, ac defensione, sive mali operis, sive praverse doctrinæ. Ex quibus colliges multis fieri obnoxios prælatos, qui sub-*

ditorum excessus reprimere negligunt, & meritisimò ipsis esse imputandos.

In text. ibi, nutriunt pestilentiam.

Omnis impius, & peccator est fere pestilens, & corruptor aliorum, ac seductor, si non verbis, saltem factis, & exemplis pravis, quodammodo ex cathedra docens pestilentiz, & in ea sedēs *Psalm. 1. vers. 1. Idcirco Damianus epistola 6. hortatur Nicolaum pontificem, ne in malis præcipuè clericis puniendis elanguescat: Noli, ait, pestem hanc per ignaviam ad incrementa perducere: connivendo, & dissimulando grassanti luxuria fræna laxare, serpit enim hic morbus, ut cancer, unde notat textus in cap. ea qua 8. de statu monachorum morbidam quem esse eijciendam, ne alios inficiat, & Emmanuel Rodrig quæst. Regul. tom. 3. quæst. 34. artic. 9. infert expurgandam congregationē per malorum exterminium.*

In text. ibi, Austeriorem dissimulat.

Promptus debet esse prælatus in puniendo præceptorum inobedientes, & ulciscendo eorum delicta, iuxta *cap. ad hac 1. de postulatione praelatorum, & notat Hierony. Giach. consil. de Syndicatu num. 20. debet etiam esse austerus, nā flagitiosi, qui impunita vidēt scelera, ed fiunt licetiosi, si se obtinere tutores, quos debebant experiri ultores, sentiant. Neque præclarior huius severitatis exēplum adduci potest, quàm illud adductum à D. Petto Damiano lib. 7. epist. 11. ubi refert, Imperatorem Ottonem tumultuantes, ac penitus dissidentes regni proceres ad pacem, & concordiam redegisse, non quidem remissa, sed severa animadversione. Cum enim sciret, intra sui regni limites multos versari aliena diripientes, & iuris terminos per insolentiam transilientes; cumque planè cognosceret, horum malorum caput esse impunitatem, ea exhibuit severitatis signa, ut tribus regni proceribus oculos eruerit. In evulsione sex oculorum, inquit Petr. Damian. unum pacatum est regnum, Tres facti sunt caci, & omni populo quietis optata lumen insulsi.*

C A P. Odio. II.

S Y M M A R I V M.

- 1 Quod dicatur odium privatum, & publicum?
- 2 Quomodo habendum sit odium peccati, & non peccatoris?
- 3 Vtrum paritens delicti debeat puniri?
- 4 Reprehensio sit ad medelam nō ad querelam?

**1** **IN** textu. Nota quodd quando quis habetur odio, quia peccator, tale odium dici publicum, de quo etiam loquitur textus in *cap. quoties, ibi, privato odio, de testibus, sequitur Abbas ibi, num. 4.* Aliud enim dicitur odiū privatum, quod secundum *Joannem Andream* est familiare, & carnale, teste etiam Abbate ubi proxime. Quam quidem distinctionē refert *Mascard.* & nostrum textum *de probationibus volum. 3. conclus. 1127. numer. 9. & 10.* & illum ad hoc ponderat. Vnde tenentur omnes odium privatum, & rancorem demittere, præcipuè clerici, & religiosi, non tamen satisfactionem. *Glossa 3. in cap. 2. de homicid. lib. 6. Antonius Gomes 3. tom varit. cap. num. 29. in fine. Covar. lib. 2. var. cap. 10. num. 7. Molin. de primog. lib. 2. cap. 5. num. 12.*

**2** **In** textu, ibi, Odio habeantur peccata. De odio abominationis intelligendus textus iuxta aliam divisionē, quam tradunt Theologi apud *D. Thom. 2. 2. quest. 34. artic. 4. & 1. 2. quest. 29. artic. 1.* ubi describitur: alienatio ab eo quod astimatur ut noxium, & malum: Nam aliud quod vocant odium inimicitiae, quo quis vult aliquod malum evenire, vel inferre rei tanquam malæ, reprime-re intēdit *Leo Episcopus* nostri textus author, cuius meminit *Reginal. in praxi lib. 27. sect. 2. num. 114.* sequitur *Vallent. 2. 2. quest. 11. punct. 1.* ante illos *Casert.* verbo, odium. *Tabiena* in verbo, *charitas, §. 12.* & *Sylvester* eodem verbo, *questione 4. Bannes 2. 2. quest. 25. artic. 9.* in principio, & probatur ex illo *Psal. 118. Iniquos odio habui, & ex illo Psalm. 138. perfecto odio oderam illos.* Ratio autem fundamentalis est, quia eiusdem rationis, & laudis est, velle bonum, & adversari contrarium malum: ergo hoc ipso quod ad rationem, & laudem charitatis, & amoris fraterni spectat, velle ei bonum, cui est contrariū peccatum, pertinet etiam ad eundem odio prosequi, & adversari in proximo malum peccati. Vnde colligitur amicitia erga proximum, & abominatio erga peccatum. Quod attigerunt Philosophi ducti ratione naturali, siquidem *Aristoteles lib. 5. Politicor.* affirmat oportere ne existat odium in Tyrannos, & *Plutarchus in lib. de differentia inter odium & invidiam.* Odio, inquit, complures iuste habentur; sicut ij quos odio dignos appellamus, & dolendum de peccato. Vide *Navarrum*, qui meminit huius textus ad *cap. inter verba in octava oppositione conclusionē 2. sub. num. 6.*

**3** **In** text. ibi, Severius castigari. Sed si delinquentem perpetrati criminis poeniteat, & ipse bonus fiat: debet ne accusari, & puniri? Negativè respondentem *Speculatorem in situ de accusatori, §. 1. vers. Quid si quis per textū in cap. accusasti de accusationibus, & cap. presēt,* quod

singulare, & notabile ad hoc refert, & sequitur *Hippolyt. Marsil. in l. qui falsam eolum. 7. vers. & non omitto, ff. ad legem Cornel. de falsis.* Sed *Tiraquel. de pænis, caus. 28. num. 3.* improbat *Hippolytum* in explanandis textibus, & aliter mentem *Speculatoris* proponit in hunc modū. Interfecit quis patrem meum, licebit ne mihi accusare interfectorem, quem poenituit? Nam si non accussem, hæreditatem perdo. *l. 1. Cod. de his quibus ut indignis, rursus si accussem, ex odio videor procedere, iuxta nostrum textum, & d. cap. accusasti, Quibus nō obstantibus. Joannes Andreas in d. cap. accusasti, & post eum Panormit.* alteram partem sequuntur, quoniam absolutus in foro poenitentiæ, potest accusari, & puniri in foro iudiciali: ut voluerunt *Glossa, & DD. in cap. de his eodem titulo.* moderamine tamen utendū tradit *Tiraquel.* citatus propter peractam poenitentiam, & emendationem.

**In** textu, ibi, Non scævientis, sed medentis. Quamobrem *Valentinianus* cum *Mediolanensis* ecclesia pastore vacaret, exhortatus est episcopos, ut habetur ex *historia tripartita lib. 7. cap. 8. ex cap. novit de iudicijs, & refertur à Gratiano in cap. Valentinianus supra distinct. 63. Talem, inquit, in Pontificali constituite sedem, & c. cuius monita, dum tanquam homines delinquimus, necessario veluti iucurantis medicamina, suscipiamus. Lege *Anast. Gormonium de sacri. immunitatibus lib. 2. cap. 13. num. 14.* Alia tradit *Paulus Fuscus de visitatione lib. 1. cap. 31. num. 6.* qui nostri textus meminit.*

### CAP. Facientis. III.

#### S Y M M A R I U M.

- 1 Participes culpa quomodo puniendū?
- 2 Odit vitium qui damnat errantes?
- 3 De triplici innocentia gradū?

**IN** text. ibi, Participes iudicatur. Imò pares in culpa censentur, & pari poena puniuntur agentes, & consentientes iuxta *cap. 1. de officio, & potestate iudicis de leg. & cap. Quanta de sent. excōmun. & cap. qui cum fare, de furtis lib. 13. lib. 4. eiusdem fori, l. 34. post medium titul. 9. lib. 6. Ordnam. Azévedo, l. 4. titul. 20. lib. 6. nova recopil. & leg. 2. numer. 218. titul. 13. lib. 8. Thomas de Thomas regul. 21. Quod intelligit *Capol. consil. 34. nu. 22.* & sequentibus, vers. & prope dicta decisionē procedere quando consensus est cooperationis,*

tionis, præbendo causam efficacem, & propinquam principali auctori, cum multis, quos adducit Mascard. de probat. conclus. 1139. numer. 10. & Covar. in reg. peccatum part. 2. §. 12. à num. 1. Menoch. de arbitr. casu 348. cum sequentibus, Farin. in practi criminali part. 4. consid. 66. num. 18. Flamin. de confident. quest. 22. num. 5. Molina de iustis. tract. 2. disp. 732. sub num. 1.

**In textu, ibi, Probat odisse vitium, qui condemnat errantes.**

Idecirco fratris Lycurgi filium Charillu Sparte præfectum, ut probum, & perfectum viru laudantibus quibusdam, Collega eius, & quomodo, inquit, probus est Charillus, cum ne in malos quidem acerbus sit. Hæc Plutarchus, lib. de differentiâ inter odium, & invidiam, & mox subiungit idem Plutarchus exemplum Pelidis, & Vlyssis, quibus dat laudi, quod Therfiten propter morum perversitatem oderint, inducens illud Poetæ de eodem.

*Odit, & hunc magnus Pelides, odit Vlyses.*

**In textu, ibi, Primus Innocentiæ gradus.**

Tres distinguit Glossa Innocentiæ gradus. Primus non agere malum. Secundus non consentire faciētibz per textum ita plane, & cap. à malis 2. 3. quest. 4. Tertius corrigere peccantes iuxta textum in cap. tria, & in cap. dua supra distinct. 45.

**C A P. Quando. IV.**

**S V M M A R I V M.**

1. *Vtrum prelati, vel indices familiaritate vitare debeant?*
2. *Vtrum liceat appellare à prelato nimis severo?*

**I**N textu. Nota cum Anast. Germon. tract. de indult. Cardinal. §. servus servorum num. 18. ubi nostrum textum refert, prælatos de excessiva subditorum correctione veniam ab ipsis postulare non debere, ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dum nimia servatur humilitas regendi frangatur auctoritas. Concordat Callistratus Iurisconsultus, qui dixit ita observandum esse ius reddendi, ut in adeundo se facilem præbeat, sed contemni se non patiat. Vnde mandatis adijcitur, ne præfides provinciarum in ulteriorem familiaritatem provinciales admittant, nam ex conversatione æquali contemptus dignitatis

nascitur, l. Observandum, ff. officio præsidis. Quod etiam dixit, Vlpianus in l. ne quidquam, §. observare, ff. de offic. proconsulis. Quanquam, ut bene respondet Azo relatus à Glossa hic, verbo, frangatur; Fatuis non æquè prudentibus id contingere potest.

**In textu, ibi, Plus iusto forte corripitis.**

Liberum esse religioso appellare, seu provocare ad superiore, cum malè tractatur, dixit Nayar. cōmento. 3. de regularibus, numer. 51. sequitur Azor, inslit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 11. quest. 8. & quest. 7. resolvit quod religiosus à superiore inique tractatus, vexatusve, tuta cōscientia è monasterio exire potest, inscio, vel invito superiore. Et à fortiori dicendum de alijs, qui tam adstrictè non sunt adstricti, & absolutè quod, si prælatus modum excedat in correctione, bene admittatur appellatio, tradit Franch. in cap. de priore 31. sub numer. 2. vers. in Glossa 1. ibi fallit quando modus, de appellationibus, Zabar. in cap. ad nostram 3. nu. 3. vers. nota 2. Decius, à num. 2. eodem titulo. Maranta de ordine iudic. part. 6. act. 2. princip. verbo, & quandoque appellatur limit. 7. sub num. 33. Petrus Gregorius tract. citati tituli de appellat. l. 2. cap. 10. num. 1. & præcipue, num. 8. vers. assertur tamen. Quaranta in summa Bullar. verbo, Archiepiscopi auctoritas, numer. 20. §. 5. vers. conclusionem, Rugmel in simili tractatu, §. 2. cap. 3. num. 229. Sigism. Scacc. etiam in simili tractat. quest. 17. limit. 27. num. 12. Sed quando Abbas fuerit nimium severus in corrigendo, erit interponenda appellatio ab excessu ad capitulum, & tunc debet adhiberi capitulum per Scacciam. in dicto cap. ad nostram num. 14. cum citato franch. in cap. reprehensibilis 26. num. 13. & Dec. num. 3. eodem tit. de appellat.

**C A P. Cum multa. V.**

**S V M M A R I V M.**

1. *Vtrum sit utilis profanorum librorum lectio?*
2. *Vtrum deceat episcopos Grammaticam docere?*
3. *Non bene cōveniunt laus Dei, & Iovis.*

**I**N textu, ibi. Collige ex illo, non esse utile gentiliū philosophorum, & poetarum libros evoluerè, cum pauca, veraque contineant mille fabulis involuta, maleq; in ore Christiano laudes Christi, & Iovis misceantur. Probat eleganter D. Hieronymus de custodia. Virginit. ad Eustochium, libi se refert flagellatum, eo quod libris Ciceronis operam

operam daret. Prodest tamen eorum lectio, si caute, & temperate fiat nam ut docuit *Seneca epist. 2.* aliquando licet transire in aliena castra, non ut transfugas, sed ut exploratores, nam philosophi gentiles quamplurima dixerunt bonis moribus consentanea. Docet *Aug. lib. 2. de doctrina christiana cap. 15.* Vnde viri sanctitate illustres, & doctrina excellentes gentilium philosophiam in christianum usum mirifice converterunt, de quibus *Montoya de concordia sacrarum editionum lib. 1. controvers. 18. fol. 170.* Illa igitur lectio multum emolumentum, atque utilitatis secum portat, quæ in sacris illorum Doctorum libris assidue versatur, ex quibus (ut ait *D. August. lib. 10. de civi.*) spirat bonus odor pietatis. Neque immerito *Sedulius poeta in sua prefatione,* sacram Doctorum lectionem magnificæ, & Pontificiæ cœnæ comparavit, in qua omnigena epularum varietas gulam solet recreare.

*Nobilium nitidis Doctorum vescere canis.*

*Quorum multiplices nec numerantur opes.*

*Illic invenies quidquid mare nutrit edendum.*

*Quidquid terra creat, quidquid ad astra volat.*

2 In textu, ibi, Grammaticam quibusdam exponere. Propriū enim episcoporum est munus, docere, prædicare, & illuminare alios verbo, non grammatica, præ cæteris inferioribus prælatis, quod *concil. Trid. sess. 25. cap. 11. de reformat. confirmavit,* iuxta præceptum Christi Apostolis. *Marc. ult. Prædicate evangelium* in quo munere episcopi Apostolis succedunt. Et in pontificali Romano sub titulo de Consecratione episcopi, inter eius munera ponitur interpretari (utiq; Scripturam) quando verbum Dei fidelibus proponit. Vnde in 7. Synodo post actionem. 7. cap. 2. dicitur: substantia summi sacerdotis nostri sunt elequia divinitus tradita, id est, vera divinarum scripturarum disciplina, & refertur in *cap. omnes supra distinction. 38. & Origenes homil. 6. in Leviticis: Hæc duo, inquit, sunt Pontificis opera, ut addiscat legendo divinas scripturas, & sæpius meditando, ut populum doceat.* Vide *Suar. tom. 3. delig. lib. 1. cap. 18. numer. 3.*

3 In textu, ibi, Cum laudibus IOVIS. Laus enim Iovis, falsa laus est, & laus mendacij, cuius pater diabolus est. Vnde iuxta *Plutarchum* relatum à *Navarro* in *cap. inter verba conclus. 1. num. 1.* ubi nostri textus meminit; non oportet quem voluptatem capere, cum pro gravi excelso, ac iusto prædicatur elegans, & hilaris. Cuius hilaritatis, & elegantie nota culpabilis erat *Marianus,* qui ob edocam grammaticam redarguitur.

## CAP. Fratrem. VI.

### S Y M M A R I U M.

- 1 Cur episcopi vocentur fratres Papa, & Reges filij?
- 2 Propter unum episcopum vocat Cardinales fratres si sint diaconi.
- 3 Cardinales presbyteros non episcopos vocat filios si non sint consecrati.
- 4 Quid sit liberalitas?
- 5 Vtrum sit propria liberalitas in opitulatione pauperum?

**I**N text. ibi, Fratrem nostrum. Sæpius ponderavimus solitū fuisse Papā vocare episcopos fratres, non vero filios dilectos, sed venerabiles per textum in *cap. Quam gravi* ubi notant omnes *de crimine falsi, & cap. cum venerabilis de consuetudine, cap. Venerabilem de elect. cap. Venerabile de offic. delegati, cap. venerabilis de iudicijs, cap. venerabilis de dolo, & contum. cap. venerabilis de testibus cogend. cap. venerabiles de confirmat. utili, vel inutili, cap. cum venerabilis, & cap. venerabilem de except. cap. cum venerabilis, & cap. venerabili de censibus, & alijs.* Nam ut ait *Marc. Tullius 1. de natura Deorum:* habet venerationem iustā quidquid excellit. Vnde *Livius lib. 1. histor. ab Urbe condita,* venerabilis vir miraculo litterarum, rei novæ inter rudes artium homines. Sed quare fratres, non autem filios eos vocat? Rationem affert *Innocentius III. in cap. per venerabilem, §. Sunt autem, qui filij sint legitimi, Sunt, ait, Sacerdotes Levitici generis, fratres nostri, qui nobis iure Levitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt.*

At si contingat eum ad plures Cardinales simul scribere, inter quos præter episcopos presbyteros sint diaconi, fratrum nomine nuncupabit, etiam si unicus tantum inter eos episcopus existat, *cap. in Genesi prope finem de elect. Extravag. ad conditorem Ioann. 22. de verbor. signif. extravag. execrabilis, §. Nos itaque iuncta Glossa in verbo, cum fratribus de præbendis, cap. 1. vers. quod in fratribus nostris, & ibi Glossa, de offic. delegat. lib. 6. Hostiens. ad caput ad liberandum colum. 3. de Iudæis Felin. ad rubricam de offic. delegat. in principio.*

Si verò seorsim ab episcopis ad Cardinales presbyteros, seu diaconos scribat, filios, non autem fratres eos vocabit, *cap. 1. de supplend. neglig. Prælator.*



*Prætor. Glossa ad cap. 1. de offic. de legati in 6. Barbat. ad cap. in præsentia col. 4. de probat. & ad cap. 1. col. 2. de locat. Rebuffus ad formam mandat. Apostol. in verbo, fratri notat quod si in cap. præterea 51. dist. canon. fratres de penitent. distinct. 5. fratres dicuntur Cardinales post consecrationem, propterea quod una cum Beatissimo Papa in partem sollicitudinis sunt vocati, cap. ad honorem de autoritate, & usu pallij, cap. fundamenta, §. decet de elect. lib. 6. Cardin. Paleot. de consult. sacri Palatii part. 1. quest. 3. in princip. Si verò Papa de episcopo mortuo loquitur, non venerabilem fratrem appellat, sed bonæ memoriæ episcopum, ut per Hieronym. Paulum in lib. qui inscribitur provinciale fol. 200. tradit Mandosius in Glossa si habita, in verbo, fratribus nostris. Quia etiam nuncupatione privavit Marianum episcopum Papa in præsentia, qui nec mortuus, nec vivus reputabatur, ut huius, aut illius cognomento decoraretur.*

**4** In textu, ibi, *Largam manum.* Liberalitas secundum D. Thom. 2. 2. question. 117. art. 2. largitas nominatur, quia quod largum est, non retentivum, sed emissivum est; manum verò indicium esse erogationis liberalis nemo dubitabit. At vero liberalitas propria principum est: ut per Tiraquel. de nobilitat. cap. 37. num. 40. cum sequentibus. Mantica de tacitis, & ambiguis convent. tom. 2. lib. 13. tit. 17. nu. 8. Episcopi autem sunt ecclesiæ principes iuxta illud Psalm. 44. *constitues eos principes super omnem terram*, ubi Lorinus in rem nostram concludit, ergo episcoporum propria liberalitas, sicut & principatus. Quemadmodum igitur abiectissimi animi est, manum habere ad beneficia contractam, & sui æris tenacissimam: ita regij splendoris, & eximie nobilitatis non mediocre est argumentum, manus habere ad beneficentiam cum largitate profusas. Quas manus ad liberalitatem præcipites eleganter dixit Claudian. in Panegyrico Probi,

*Præcepta illa manus fluvios superabat Iberos.  
Aurea dona vomens.*

Huius regie liberalitatis non levis sumitur commendatio ex Tito Imperatore, qui si aliquando diem aliquem transigebat, absque aliquo beneficio apud aliquem collocato, ad suos verus clientes, exclamabat: *ô amici diem perdidit.* Ratus illum omnino diem perdi, qui nullo regie beneficentiæ monumento signaretur. Lege Mendocam in lib. 1. Reg. cap. 2. num. 8. in expositione litteræ.

**5** In textu, ibi, *Alienam inopiã suam credat.* Recte dixit Glossa ibi, in necessitate non est liberalitas in cap. relat. de præbend. & dignitat. quia nemo in necessitatibus liberalis existit per Tiraq. in l. si unquam,

nu. 106. verbo, *donatione largitus.* C. de revoc. donat. Gam. Lusi. decis. 71. n. 3. Pichard. ad rubr. institui. de adoptionibus, nu. 43. Valasc. consula. 152. n. 24. Quod si in necessitate propria, seu passiva verum habet, non minus in aliena inopia sublevanda, que propria fieri debet, cum enim liberalitatis actus principaliter sit ad alterum, ex quo capite annectitur iustitia, non ut species eius, sed ut pars, & ut virtus principalis, ut inquit D. Thom. 2. 2. question. 118. artic. 5. sequitur, quod iam non sit liberalitas, tum quia respicit debitum contractum à prælati ex inopia pauperum, debitor sum dixit Paul. ad Rom. 1. & debitor sum cap. 8. nu. 12. & quanto magis est debitum, tanto minus liberaliter datur, tum etiam quia in nos ipsos natura inclinat, in alios verò virtus, & nemo dicitur liberalis ex hoc, quod sibi aliquid donet, si ergo ut propria commendatæ miseria aliena, & aliàs est debitum sublevanda, defecit ratio liberalitatis. Caterum inde non immensum accrescit charitas assimilata divine bonitati, quæ maxima est, ex eo quod dat, quia homines amat: & nulli debet, imò omnes ei debitorum sumus. Unde si Episcopi amatores pauperum, eorum necessitates faciunt proprias, minus liberalitatis, sed magis charitatis habebunt.

**C A P. Donare. VII.**

**S Y M M A R I U M.**  
**1** *Improbantur histriones.*  
**2** *Utrum aliquando liceat histrionibus largiri?*  
**3** *Utrum peccent qui in sacris sunt præsertim comedant?*

**I**n textu. Multa de histrionibus congerit Cenedo collect. 4. ad Decretum, nu. 1. & Petrus Gregor. in Syntagm. iuris lib. 39. cap. 5. numer. 25. ubi notatum textum refert Sebastianus Medice 2. part. in summa cap. 29. docet Cælius Rhodiginus spectacula esse moribus nocentia lib. 2. cap. 7. & Tiberius Cæsar histriones Roma exturbavit, ut tradit Dio. Cas. lib. 57. hist. quos tamen in urbem revocavit post eius mortem Caius Caligula, idè lib. 59. & D. August. super Ioann. part. 2. relatus in præsentia immane dicit peccatum donare histrionibus, & Synodus Constantinopolitana 6. in Trullo prohibet mimos, & eorum spectacula. Quinimo ad politicos magistratus spectat similia spectacula tollere, ne quæstuarie arte exhauriantur sensum civitatum pecuniæ.

pecunia, easque à civibus voluptate veluti fo-  
pitis mimi extorqueant, otiaque stabiliant. Vn-  
de *Ambrosius de officio* relatus à *D. Thoma 2. 2. quæst. 117. artic. 3.* Si adiuves eum quia possessiones  
aliorum eripere conatur, non probatur lar-  
gitas.

2 In textu, ibi, Donarchistrioni-  
bus.

De his qui superflue sua cōsumunt, vel  
etiam sustentant histriones, loquitur  
textus prout innuit ex nostro textu *Sarmiento de*  
*redit. p. 4. cap. 5. sub. num. 6.* Notabiliter *Rebuffus in*  
*praxi part. 2. titulo de dispensatione ratione aetatis, ver-*  
*bo, nec non debitis numer. 8.* qui nostri textus me-  
minit. Nam illi, qui moderatè eis subveniunt  
non peccant, sed iuste faciunt, mercedem mi-  
nisterij eorum eis tribuendo, nam officium  
histrionum quod ordinatur ad solatium homi-  
nibus exhibendum non est secundum se illi-  
citurum, ut probat *Tiraquel. de nobilitate cap. 34. num.*  
*18.* iuxta *Glossam in cap. 1. de vita, & honestate cleric.*  
ubi plerique omnes, & *cap. cum decorum ext. eodẽ*  
*titulo.* Quamquam enim id genus hominũ alio  
officio non utantur, per comparationem ad  
alios homines, unde videntur otiosi, si tamen  
moderatè utantur ea arte, ita ut homines non  
admodum distrahant, possunt virtuosas opera-  
tiones, & seriosas exercere, moresque compo-  
nere, & eleemosinas largiri, quibus evadant  
hanc noxam. Ita *Sebastianus Medicus* supra ci-  
tatus.

3 Vtrum autem clerici in sacris peccet mor-  
taliter comedijs, & histrionibus interessendo?  
Respondet *Sanchez lib. 9. de Matrimon. disputat. 46.*  
*num. 40.* si intersint ob solam curiositatem nõ  
esse lethale peccatum, primò, quia hodie cre-  
dit cessare scandalum, cum sit frequentissimũ  
clericos illis interesse: nec ob stare prohibitionẽ  
*cap. clerici 2. de vita, & honestate clericorum, & cap. non*  
*oportet 2. de consecrat. dist. 5. nec cap. prater ea dist.*  
*51. quia si credatur Innocentio in dicto cap. clericus*  
*num. unico,* est tantum prohibitio de honestate,  
vel (quod verius credit) dicetur cum *Caietan. in*  
*summa,* verbo, *clericorum peccata ad fin.* non obli-  
gant iura sub mortali cessantibus scandalo, &  
contemptu. Vnde si res turpes nõ repræsentedur,  
vel modus repræsentedi nõ sit turpis; aut si hæc  
concurrant, ob solam curiositatem absque pe-  
riculo lapsus, vel ruinæ in aliquod peccatum  
mortale, non erit mortale laicis interesse co-  
medijs. Ita *Sanchez* citatus, qui recte sacros ca-  
nones interpretatur, & iura civilia. Vide *Belles-*  
*titul. 1. de disciplina clericali, §. 10. numer. 17. & 18.*  
*disquisitionum, & fructuosum Bisbe en el tratado de las*  
*comedias cap. 14. & 15.*

CAP. Qui venatoribus. VIII.

SVMMA RIVM.

1 Libertas venandi est de iure naturali.

2 Vtrum donationes factæ meretricibus  
sint validae?

3 Donationes, quas ipsi faciunt coniuga-  
ti, aut religiosi, sunt nulla.

IN textu, ibi, Qui venatoribus.

Cum increpentur venationibus dediti,  
oportet inquirere, an venatio sit libera: Sic  
conclusio. Libertas venandi est de iure natu-  
rali, seu gentium ex *l. 1. in fine,* cū sequentibus,  
*ff. de acquirendo rerum dominio, §. fero,* *instit. de re-*  
*rum divisione,* poterit tamen princeps iustis de  
causis venationem prohibere, & inferiores te-  
nentur ad parendum huic mandato, pro ut tra-  
dit *Cenedo collect. 56. ad decretum. numer. 3.* cum  
multis quos, ibi allegat, quibus adde *Valent. tom.*  
*3. disp. 5. quæst. 6. punct. 5. dub. 6.* *Emmanuel in summa*  
*part. 1. cap. 35.* *Riccium in collect. decis. part. 4. collect.*  
*1074.* *Ludovicum Rodolphin. de absoluta principis po-*  
*testate conclusionem 16. num. 123.* cum sequentibus,  
*Bernard. Gravaum ad practicam Camera imperialis*  
*lib. 2. conclus. 68. considerat. 1.* *Molin. de iustit. tractat.*  
*2. disput. 43.* *Farin. in praxi criminal. quæstione 174.*  
*num. 92.* *Sayrus lib. 11. capit. 9. numer. 6.* *Lessium de*  
*iustit. lib. 2. cap. 5. dubio 7.* *Azor institut. Moral. part. 3.*  
*lib. 5. cap. 16. quæst. 1.* Vnde sequitur, quod pro-  
hibitio facta clericis, sit admodum iusta, quod-  
que illos culpæ reatu adstringat. Vtrum au-  
tem lex à principe lata prohibens vena-  
tionem obliget sub mortali? Vide *Mexi. in*  
*tractat. taxa panis, conclusionem 3. numer. 29.* & *Azor,*  
*citatum quæstione 5.* & *Less. dubio. 9.* *Rebellum de*  
*obligation. instit. part. 1. lib. 1. quæstione 14. numer. 15.*  
*Vasque in opere morali tractat. de restitutione c. 5. §. 2.*  
*dub. 5.* & an liget clericos? Vide *Salzedo ad Ber-*  
*nard. c. 70. vers. sed quid. Modern. de iurisdic. part.*  
*4. centur. 1. casu 57. num. 10.* & an supposita pro-  
hibitione sit obligatio restitutionis? Ad *Covar.*  
*in reg. peccatum 2. part. §. 8. numer. 3.* vide posita  
ad *cap. 2. num. 3. supra distinction. 34.*

Donationes factæ meretricibus, siue sint in  
pretium, siue per donationem liberam, ex motivo  
consensus in actus meretricios, sunt validæ si  
fiant à potente alienare. Hæc conclusio com-  
munissima est ex *l. 4. §. sed & quod meretrici, ff. de*  
*condict. ob turpem causam,* probat *D. Thomas 2. 2.*  
*quæstione 32. artic. 7.* & *Caiet. ibidem. Covar. in reg.*  
*Peccatum, 2. p. §. 7. num. 1. & sequentibus. Sol.*  
*lib. 4.*

lib. 4. de iustia. q. 7. art. 1. Molina eodem tractat. 2. disp. 94. num. 12. Valent. 2.2. disp. 5. q. 6. punct. 5. §. Contraria sententia. Menchaca Illustr. lib. 1. cap. 48. num. 5. & sequentibus. Latissime vide Palat. in repet. rubrica, §. 37. num. 7. qui omnes plures alios referunt. Ratio est, quia quavis pretii, & donatio fiat ex motivo illicito; hoc non tollit, quin actus ipse, pro quo datur sit pretio estimabilis; non ratione deformitatis, seu peccati; sed ratione delectationis, & usus quem habet prostitutio corporis: ergo ex hoc capite donationes erunt validæ. Unde infert Molina, quod in foro exteriori conceditur actio meretrici ad petendum pretium moderatum. Scio conclusionem habere adversarios, qui nullum iudicant deberi pretium meretrici. Sed eorum fundamenta videre poteris apud citatos; non admodum firma. Secunda pars conclusionis nos movet discurrere circa singulos, qui donare non poterunt. Et 1. Donatio a milite, quæ sit concubinæ, seu meretrici invalida est in iure, l. Affectionis, ff. de donationibus, & l. Miles sta, §. Miles, ff. de testament. milit. & quidem ante iudicis sententiam sentiunt ex Theologis Medina q. 20. de rebus restituend. ad 6. contra Adrianum, & Valentiam, loco citato, §. Tertio certum est. Similiter sunt invalidæ donationes minorum, quod notat Covar. in regul. Peccatum, 2. p. §. 2.

3 Similiter donationes, quæ faciunt meretricibus conjugati, aut religiosi sunt nullæ. Probat prior pars, quia leges Lusitanæ lib. 5. Ordinat. tit. 28. §. ult. eas invalidant, & ius Castellæ l. 5. tit. 9. lib. 5. nova recopilat. iuxta Molin. de primog. lib. 2. cap. 10. nu. 65. & Gutierr. de pract. quest. lib. 2. q. 121. & seclusis his dispositionibus Lusitanæ, & Castellæ; pro omnibus ubiq; gentium traditur ratio; quia stando in sola rei natura, iniuriam facit maritus uxori dilapidando bona utriusque communia. Et quidem si vir, qui contractu Arrharum contraxit, insumpserit de bonis cum meretricibus, vel alio modo cum iniuria uxoris; tenetur sumere in partem suam, quæ ipsum contingit; & idem est quando contraxit contractu medietatis. Secunda pars ostenditur in eo religioso, cui prælatus certam quantitatem dedit, aut alibi commoranti ad suam sustentationem, & voluit subtrahere de sustentatione, ut expendere cum meretricibus, alijsq; flagitijs; quia iste, non acquisivit dominium, neq; illud transferre potuit, ut notat Abulens. ad cap. 6. Matth. q. 37. & quavis subtraxisset de sustentatione, non sibi; sed religioni, & monasterio acquisivit; neq; prælatus ad eum usum poterat ei concedere facultatem, siquidem nec ipse prælatus poterat ita expendere, quia dispensator, & non dominus bonorum est. De filijsfamilias, & de mancipijs, & de prodigis: vide Molinam tract. 2. de iustitia,

disp. 277. & disp. 275. occasione legis Lusitanæ agit de ecclesiastico quodam; qui cum donasset concubinæ prædia aliqua, postea ad iudicatum fuisse donationem invalidam tãquam turpiter datam, & turpiter acceptam. Vtrum autem ea retineri possent, si non interveniret sententia? Vide apud citatos auctores.

CAP. Qui veneratoribus. IX.

S Y M M A R I U M.

- 1 Quare venatio dicatur ars nequissima?
- 2 Quare interdicitur clericis? Et aliquando permittatur?
- 3 Quomodo prohibeatur in die festo?

**I**N textu, ibi, Arti nequissimæ. Quoniam suapte natura honesta sit, & utilis: ut inquit Covar. in regul. Peccatum, 2. p. §. 8. num. 3. ubi textum refert; est tamen per se spectata opus servile, & inter mechanicas reputatur à Dialecticis: Hi enim quatuordecim numerant artes inferiores, quarum septem dicuntur liberales, septem verò serviles. Artes liberales sunt Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Musica, Geometria, Astrologia. Artes verò serviles sunt Agricultura, Venatoria, Militaris, Fabrilis, Chirurgia, Textoria, Nautica. De quibus vide Logicam Cornimbricensem, q. 2. proximal. art. 3. cuius auctor est Pater Sebastianus de Curso Societas. Iesu, vir mira eruditionis, prudentia, & religionis. Neq; solum venatoria est ars servilis, sed etiam est opus corporale nimis laboriosum, & quodammodo commune homini cum bestijs, nam illæ etiam venationi insistant; solumq; addit homo artem, & industriam: sed non transcendit actionem servilem; siquidem scindere ligna, & occidere animalia in hoc differunt; quod maior defatigatio corporis, & minor industria reperitur in uno simul, & voluptas, quam in alio. Suar. tom. 1. de relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 28. num. 3. Cum ergo prohibeatur, artis nequissimæ nomen meretur.

Collige hinc venationem rectè clericis interdici, modo sit periculosa, ut venatio aporum, & clamorosa: at si fiat recreationis causa, vel sanitatis cum silentio, & modestia non reprobatur. Ita Bernard. in pract. cap. 70. Guillelm. Bened. in cap. Raynuntius. de testam. verbo, & uxorem nomine Adelasiam. Navarr. Comment. de regul. num. 26. Menoch. consil. 221. num. 5. Sylvest. verbo, venatio, circa medium, & plures, quos refert Cened. ad Decretal. collect. 56. num. 8. & 9. quibus adde

adde Sebastian. Nay in remission. ad lib. 2. Feudorum. tit. 56. qua sint regalia, num. 273. Thom. Vallasa. allegat. 31. num. 13. ubi refert Constitut. Synodales diocesium Bracharenf. Olyssipponenf. Eboracens. Conimbricens. Portucalens. Vifens. & Lameccens. Vide posita ad cap. 2. nam. 2. supra, dist. 34.

### In Gloss. ibi, Illicita ex tēpore.

3 Probatum supponit *Suar.* ex ijs, quæ diximus supra num. 1. venationem esse opus servile: ac proinde prohibitam in die festo. Vnde infert per modum excusationis eximi aliquam venationem, scilicet ob levitatem materiæ; vel vitandum otium; vel opera peiora, & à prandio per duas, aut tres horas excusari à culpa mortali, aut ex consuetudine legem remittente scientibus, & tolerantibus pastoribus Ecclesiæ, sine scandalo populi. Ad *Suar.* citatum, num. 5. & num. 1. nostram Glossam refert.

### CAP. Vident. X.

#### SUMMARIUM.

1 Cleris sapius in venatione detentis, & monachis, nec recreationis gratia permittitur venatio.

### I N textu, ibi, Delectantur.

Si sapius ad voluptatem fuerint venati clerici, & in ipsa voluptate detenti, prohibentur venari, iuxta textum in cap. Episcopus, de clerico venatore. ex *Moderno de iurisd. p. 4. cent. 1. casu 57. à nu. 17.* In dubio tamen venatio præsumitur facta causa recreationis; ita tenet *Anan.* ibi, column. 2. *Alex. consil. 72. num. 3. vol. 1. Menoch. consil. 221. nu. 51. & de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 16. Bellet. disquisit. clerical. 1. p. 4. 19. nu. 7.* Monachis verò, nec recreationis causa licitam esse venationem, nec quanvis in venatione proprios habeant redditus, asserit *Peres l. 1. tit. 21. lib. 2. Ordinam.* quem refert, & sequitur *Salzed.* ad *Bernard.* cap. 70. littera C.

### CAP. Esau. XI.

#### SUMMARIUM.

1 Quare piscatio, non venatio licent clericis?

### 2. De panis abrenatationem, & quomodo procedendum in eisd.

I N text. ibi, Piscatores invenimus Sanctos. Permittitur clericis piscari, tum quia cessant rationes, ob quas prohibetur venatio, & alix, quas eleganti instructione exponit *Raynaldus Cors.* lib. 3. indagazione iuris, cap. 14. & habetur in 1. tom. tractatum, in edit. noviori, fol. 287. tum quia, sunt exempla Apostolorum, quos Dominus piscatores vocavit, & in piscatione manere permisit. *Matth. 4. Marc. 1. & Luc. 5. Salzedo ad Bernard.* cap. 70. littera A. *Menoch. de arbitrat. cas. 413. num. final. Iacob. de Grass. in decis. aut. p. 2. lib. 3. cap. 3. vers. Sexta. Azeyed. l. 1. num. 3. vers. Nisi, & piscatio, tit. 8. lib. 7. nova recopilat. Bellet. dict. 4. 19. num. 8.* Vide quæ scripsimus ad cap. 1. num. 5. & ad cap. 2. nam. 2. & sequentibus; supra, distinct. 34. & latè *Cened.* ad *Decretum*, collectam 56. & *Tiraquel. de nobilitat. cap. 37. num. 148.*

Nota episcopum venationem prohibitam exercentem, & sapius detentum voluptate venandi, suspendi tribus mensibus, presbyterum duobus, diaconum verò ab omni officio. Ita *Bernard.* in dict. cap. 70. num. 1. ubi ait, hanc penam venire ex *Concil. Aurelian.* de quo in cap. Episcopus, supra, dist. 34. & in cap. 1. de clerico venatore, quæ iura ibi non reperiuntur, sed in *Concil. Agathens.* Can. 55. quod incipit Episcopis. In qua pœna sentit magnam differentiam; quia ea, quæ est in diaconum dispensari potest per Episcopum, non verò ea, quæ est in presbyterum, quia habet tempus præfinitum. Cæterum tam episcopi, quam presbyteri, & diaconi admoniti esse debent tribus præceptis, antequam puniantur, ne venentur. Ita *Menoch.* tom. 3. cons. 221. nu. 52. *Bellet. d. 4. 19. nu. 6. vers. Veruntamen,* & de subdiacono idem tenendum cum Glossa, verbo, officio, in dict. cap. 1. de clerico venatore, & *Bernard.* in dict. cap. 70. nu. 2. ubi *Salzed.* littera B. de clericis in minoribus ait puniendos arbitrariè, ubi pœna statuta non fuerit. Vide posita ad cap. 2. nu. 3. supra, dist. 34.

### CAP. Quid prodest. XII.

#### SUMMARIUM.

1 Cum abstinentia ciborum iungenda vitiorum est.

### I N text. Quid prodest ieiunare.

Collige cum ieiunio, & delectu à cibis, semper iungi

per iungi abstinentiam à vitijs: nam ieiunium à cibus res est per se adiaphora, idest nec bona, nec mala, unde ut sit salutis animæ debet, à vitijs esse immune. Quisquis enim ieiunat, & peccat, lucrum esearum fecisse videtur, non salutis; & parcendo copijs repleffe cellarium, non mentem saginasse virtutibus, dixit *Ambr. serm. 33.* & *Chrysof. homil. 8. in Genes.* ieiunium, dicit, abstinentiam à vitijs, & *Hieronym. ad Celant.* tunc præclara est abstinentia, cum est animus ieiunus à vitijs.

CAP. An putatis. XIII.

SUMMARIUM.

- 1 Magnum emolumentum provenit ex frequentandis Ecclesijs, & orandi in eis.
- 2 Episcopi adeundi Ecclesiam obligatione tenentur.
- 3 Templà visitanda ad profectum, non in defectum.
- 4 Qui domesticorum negligentes sunt, eorum peccata suis accumulunt.
- 5 In quibus teneantur servi obedire dominis?

**I**N text. ibi, Non ad Ecclesiam vigilant. Sicut Apostoli, qui assidue Deum laudabant, & benedicebant, ibiq; unanimes expectarunt Spiritum Sanctum. *Act. cap. 2.* Quod Christus, & Apostoli templū frequentassent, in eoq; ferè semper insignè aliqui degissent, sacra testatur historia. Sed dicet aliquis. Non habitat Deus in templis manu factis, *Act. 7. & 17.* & *Isaia ult.* Quibus convenit, quod dixit *S. Basil. in exhortat. ad Bapt. & pœnitent. in editione latina,* nempe non locum, sed affectum, & intentionem exigi; Deum in medio mari à Moysè exoratum; à Job in sterquilinio; ab Ezechia in lectulo; ab Hieremia in luto; à Iona in ceto; à Daniele in lecto; à pueris in camino ignis; à latrone in Cruce; à Petro, & Paulo in carcere? Respondeo non id eo Deum nolle templà, aut in eis coli, & glorificari, sed nolle templum, in quo non spiritualiter, sed carnaliter tantum boves immolantur, & pecora mactantur, & thura solum adoleantur. Si enim à fraudibus abstineamus, & laudibus insistamus. Scias necesse est Ecclesiam esse locum Dei, in qua ad ipsum orationes diriguntur, ut ait *Damasc. lib. 1. cap. 26.* & *S. Thom. 2. 2. quest. 84. art. 2.* Licet inquit,

domi detur facultas orandi, difficile tamen fieri potest, ut domi tam bene, ac devote oremus, quàm in Ecclesia, ubi tot patres, ubi clamor felici societate excitatus ad Deum immortalem refertur, plus enim nervorum in ea est; & multo audientia maior, quàm in illa privata, & domestica. At si hæc omnibus ad Ecclesiam vigilantibus bona veniunt, quare eam dissipare, & dilapidare festinant pastores, qui ad saltus, & nemora, non ad templà convolant. Lege *Basilium epist. 68.* *Ambros. lib. de pœnitentia, serm. 89.* *Tertul. in Apologet. cap. 39.* *Bedam in Luc. cap. 7.* *Augustin. lib. 38. contra Faustum, cap. 2.*

Circa frequentiam episcoporum ad ecclesias decretum fuit in *Concil. Aurelianensi, cap. 33.* de quo in *cap. 4. de consecratione, dist. 3.* Ut episcopus infirmitate non impeditus, Ecclesie, cui proximè fuerit, die Dominico deesse non debeat. Et in *Concilio Carthaginensi. 4. in cap. 15.* de quo in *cap. Episcopus, 6. distinct. 41.* Statuitur, ut episcopus non longè ab ecclesia habeat hospitium; non imponit tamen habendi necessitatem. Ad *Anastasium Germonium de sacrorum immunit. lib. 3. cap. 16. num. 49.*

In textu, ibi, Non beatorum martyrum sancta loca.

Pernoctationes, & vigilie in ecclesijs, quæ olim erant in usu pro solemnitatibus ad martyrum corpora, sublatae sunt multis ex causis; quas refert *Marcel. Francolin. de horis canonicis, l. p. cap. 1. ex num. 8.* *Raban. de instit. cleric. lib. 2. cap. 9.* *Soto de iustit. lib. 10. quest. 5. art. 1. vers. Sed tertio,* tum autoritate Pontificum, tum episcoporum, saltem quoad laicos, nomine dumtaxat superflute, ut tradit *Francolin. citat. num. 6.* & *Polyd. Virgil. de invent. lib. 6. cap. 4.* & *Concilium provinciale Toletanum, anno 1565. act. 2. §. 20.* ex ea ratione, ut refert *Covar. lib. 4. variat. cap. 19. num. 10.* *Boer. decis. 212. num. 13.* quod experimento pateat frequentissime vigilantes templis abuti, & quoddam scelus deplorandum sit, videre interdum religionis prætextu templà frequentari, & martyrum sancta loca visitari, ea animi libidine, ut viri, & mulieres se se aspiciant, & opportunitatem alloquendi nanciscantur; adversus quas personas legito, *Tiraq. l. 15. connub. nu. 108.* & *Glossam, verbo, sed suas, in cap. Odi, 24. quest. 1.* *Navarr. in Manual. cap. 16. num. 13. vers. Nono qui vadit.* *Tiraq. in l. 5. connub. num. 14.* *Cened. collectan. II. ad sextum, num. 3.*

In text. ibi, Accumulat aliena.

Dixit notabilem *Ferdinandus Paetz in repet. cap. Missas, num. 166. & 196.* ad hoc, quod pater familias, vel dominus servos, vel famulos impediens, ne possint diebus festivis, & Dominicis missam audire, gravissime peccant, & famulorum, seu clientum peccata suis accumulunt: de quo